

A retur, aut publice jus interpretaretur, deque eo responde- ret, nisi eam auctoritatem à Principe impetrasset. Quo- rum omnium sententia & opiniones in tantum honoris vene- re, ut ex Principum constitutionibus recedere ab eorum responso iudicibus non liceret: & ex horum tantummodo scriptis Justinianus consueci Pandectas suas, cæteris rejectis, voluit.

PAPYRIVS major (prænomine incerto, alii Sex. alii Pub. alii Cajum, alii Manium vel Mamium appellant) rex primus sacrificulus fuit post exachos reges. Hic leges regias apud pontifices sparsim delitescentes, omnes in unum contulit: quas Ancus Martius in delictudinem abeuntis, in foro quer- nis sculptas tabulis ante proposuerat. Hoc jus civile Papy- rianum appellatur. Quod mox allatis XII. Tabulis Tribuni- tia lege fuit abrogatum. Urbe à Gallis direpta, simul cum cæ- teris rursus illæ leges ex incendio conquistæ, & in vul- gus editæ, nisi si quæ ad sacra pertinerent: quas, ut aucto- ritas earum major esset, Pontifices ipsi supprimebant. Vi- xit Tarquinius Priscus regnante, sub initia libertatis Ro- manæ.

B APPYVS Claudius decemvir, primus Romani juris XII. Tabularum auctor: cum tyrannidem affectaret, in carcere vel tribunorum iussa, vel voluntaria vi extinctus est. Pom- ponius librum de Usuptionibus ab eo scriptum, ad sua pervenisse tempora asserit. *Leges ex Græcia allatae, Vrbis an. 302.*

HERMODORVS Ephesius Jurisconsultus, legum quæ à le- gatis Romanis ex Græciæ civitatibus allatae sunt, quum in Italia tum fortè exulare, interpres fuit, ob eamque causam statuta ei in Comitio dicata est. *Plinius l. 34. c. 5. & Pompon. lib. 2. §. 1. ff. de orig. juris.* ubi tamen Auctorem scribit, pro Adjutorem, Socium, Interpretem. Strabo libro decimo- quarto de Ephesibus commemorans: In ea, inquit, viri fuerunt memorabiles: è veteribus quidem Hetaclitus cognomen Obsecutus, & Hermodorus; de quo ille ipse loquens: Di- gni sunt, inquit, omnes ad unum Ephesii, quibus laqueo gula frangatur: qui Hermodorum virum inter ipsos uti- lem exilio multarunt, dicentes: Nemo nostrum utilis esto: aliquis alio in loco & apud alios sit. Fertur etiam is leges quasdam Romanis conscripsisse. *Horom. in descript. Iurisp.*

C APPYVS Claudius Cæcus, 130. circiter annis post Decem- virum floruit, ejus abnepos aut pronepos: qui censor ex publicis vectigalibus vel invito senatu Appiam aquam in urbem invehit, cum prius Tiberinis aquis aut fontibus con- tentus esset populus. Patriciis infestus, Potitæ Veneris sacri- ficia servis publicis obedienda dedit, & ob eam impietatem huminibus fuit captus. Hic C. Flavianus, Cn. F. scribam suum, ædilem curulem dixit: qui civile jus repositum in penetrabi- bus Pontificum evulgavit, fastisque circa forum in albo propo- sit: ut quando lege agi posset, sciretur. Ob id munus Ædilis curulis & Tribunus plebis creatus est. Livius lib. no- no: Ergo cum Flavii opera factos dies excessisset, & promul- gasset; Jus Flavianum fuit appellatum, quamvis Appius au- ctor esset. Scripsit nonnullas mortuorum laudationes, que usque ad ætatem Ciceronis pervenerunt, ut quidam Appium quam Catonem imitari mallent. Auctor fuit, ne pax cum Pyrrho susciperetur.

P. SEMPRONIUS Longus, cognomeno Sophus, Coss. Cum P. Sulpitio Saverrione, anno ab V. C. cxxlix. qui Tribunus pl. Apium Cl. Cæcum censura se abdicate post decimum octavum mensem, recitata lege Æmilia, voluit.

T. CORVNCANVS publicè primus Jus civile professus dicitur, cum superiores consultoribus tantum responderent, non autem dicere cupientes docerent. Primus de plebe Pon- tificum Maximus creatus, 500. circiter à condita Urbe annis. Nulla hujus scripta, sed responsa tantum fuisse, Pomponius scribit, transverso foro deambulantis, aut domi in folio se- dentis; quorum utilitatem Seneca quasi seculo suo existan- tem citat.

M. FABIVS Pamphilus, qui ante secundum Punicum bel- lum bis fuit consul, juris civilis peritus, & legatus Cartha- ginem cum aliis ad Annibalem ab oppugnatione Saguntæ revocandum missus.

P. ÆLIVS Pætus, Qu. Ælii filius, qui Pont. pugna Can- nensi cecidit prætor fuit, cum Scipio Numidiam subegit. Sub hoc Coss. secundum bellum Punicum confectum est. Missus contra Bojos in Galliam, rem non satis prosperè gessit. Lega- tiones deinde obivit, & colonias deduxit. Augur factus, per- fectiora obivit.

SEX. ÆLIVS Pætus, Pub. frater, ædilis curulis cum M. Clau- dio Marcello, anno ab urbe condita 541. mox triumvir, inde consul, mox censor. Hic mox veterum Jurecons. transverso foro ambulans, civibus omnibus suis consilii copiam faciebat: aut in folio sedens, de rebus omnibus responsa dabat. Hunc Ennius ita laudavit:

*Egregie cordatus homo carus Ælius Sex. tuus.* Extabat tempore Pomponii liber ejus, qui Tripartita inferi- bebatur, & Jus Ælianum appellabatur, veluti incunabula Juris continens. Cicero ejus aliquoties meminit.

ÆLIVS Pætus, filius Sexti vel Pub. sine prænomine, à Pom- ponio inter Jureconsultos ponitur. P. ACILIVS, teste Cicero, appellatus est sapiens, quia prudens esse in jure civili putabatur. Hunc quoque primum à populo sapientem appellatum fuisse, Pomponius scribit. Cum M. Ælio prætor potremò creatus, Sardiniam provin- ciam sorte obtinuit.

P. CORNELIVS Scipio Nasica, Cn. Cornelii Scipionis in Hispania occisi filius, frater patruelis fuit Africanò majori, jurisque consultissimus. Hic adolescens etiamnum, vir opti- mus à Senatu judicatus, Pessimumiam grad hospitio excepit. Per omnes deinde honorum decus evechens, de Bois triumphavit, vir frugalissimus & pauperissimus.

Q. FABIVS Juris. ad Carthagenenses legatus. Com. Sem- pronio Coss. quomodo esset dux tesserè posita, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utram mallet, referret Romam, utram- que sustulit, & ait, Carthagenenses petere debere, utram mallet accipere. *Pomponius.*

Q. FABIVS Labeo, à Cicero inter jurisperitos connume- ratur, quamvis è Pompejo omitteratur: qui quæque urbanas anno Urbis 544. magnam certamen cum omnibus sacerdoti- bus habuit, pro conferendo stipendio militibus, omnibus honoribus functus.

Q. FABIVS Pictor, anno urbis 551. prætor Sardiniam provinciam Picorum. Primus res Rom. scriptis dicitur Græcè.

M. PORCVS Cato Censorius, Tusculanus, juris peritissi- mus fuit, teste Cicero.

M. PORCVS Cato, superioris F. Prætor designatus, patre vivo mortuus est. Plurimos in Jure civili libros reliquit. *Gellius lib. 13. cap. 18. Horom.*

M. MANILIUS Torquatus, cælo matris utero in lucem edi- tus, cum L. Marito Censorio consul fuit, anno Urbis nati- quibus Coss. tertium bellum Punicum exortum, & Carthago deleta, quam primus Manilius cum exercitu per vim aggressus est. Tres libros de Jure civili scripsit. Sacrorum pontificum peritissimus fuit, & ex illis qui transverso foro ambulare & responsa dare solebant. P. Scævola suo æquali oratione copiosior, nec multo minus prudens. Decium Quallorum filium, quod prætor Mæcedoniam compilasset, causâ probè cognita, abdicavit & relegavit.

BRVTVS prætorum non excessit, ut vult Pomponius. Reli- quit de Jure civili septem libros: quorum tamen tres tantum fuisse Bruti, Cæsar apud Cic. ex ipso Scævola se audisse fate- tur. M. etiam Brutum, M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, patrem. Cicero non modò bonum oratorem, sed & Juris pub- lici & privati peritum fuisse asserit.

P. MVTIVS Scævola anno Urbis dcccvii. consul cum L. Calpurnio Pisonè fuit; item Pontifex max. postque eum Cicero ait desitum esse è Pontificibus max. consueci annales maximos, quo ab initio rerum Rom. ad eum modum conscri- pserant, ut res singulorum annorum mandarent literis, me- moriæ publicæ causâ: tabulamque domi proponerent, ut esset populo cognoscendi potestas. Judex injuriarum condemnavit eum, qui L. Accium poetam lædendi gratia in scena nomi- naverat: cum C. Cælius abolivisset eum, qui Lucillum poe- tam in scena nominatum læserat. Reliquit de Jure civili libros decem. Fratrem adoptivum P. Craffum Mutianum oratorem in Jure instituit. Pila & duodecim scrupis & alea optime lusisse dicitur. Inerit phthiriasi. *Plut. in Sylla.*

P. LICINIVS Craffus Mutianus, cognomine Dives, natura- lem ortum è Crafforum gente habuit: sed adoptione in Mu- tianam familiam transiit. Is 600. anno ab Urbe condita qua- tertio est factus. Hic à P. Scævola fratre domesticam juris disci- plinam hausit, & valdè probatus orator fuit. Sev. Galbe summi oratoris filio Cajo filiam suam collocavit, alteram Ti- berio Graccho. Quo interfecto, senatus ad itam plebis le- niendam, divotorem agrorum P. Craffum legit. Hic etiam cum ædilitatem peteret, de Jure à rusticis fuit consultus. Con- sul cum L. Valerio Flacco factus, anno Urbis 623. simul & Ponti-

A Pontifex, novo exemplo contra Aristonicum in Asiam mis- sus, à Thracibus qui Aristonicum familiares erant, interceptus & captus fuit. Ut turpem servitutem evitaret, in itinere dum duceretur, viagam, qua ad dirigendum equum utebatur, in oculum Barbari direxit, eamque excecavit. Qui vi doloris accensus, latus Craffi facie confodit. Caput mortui Aristonico oblatum, corpus Smyrna sepultum. Quinque summis bonis Craffus ornatus fuisse dicitur: quod iustissimum, quod elo- quentissimum, quod nobilissimum, quod jurisperitissimum, quod Pontifex maximus fuerit.

C. LIVIVS DRVSVS à Val. Max. inter præclaros Jurecos. po- nitur: à Pomponio omitteratur. Senex & cæcus, jus nihilomi- nus populo interpretatus est. C. Drusi filius fuisse videtur, quem Cicero inter oratores tres ex Drusorum familia con- numerat, M. Drusi frater.

D. MARTIVS Figulus, consul cum Nasica Corculo, anno Urbis 592. & septennio post iterum cum Cornelio Lentulo, solum habuit Cajum Jureconsultum celeberrim. à Pomponio tamen prætermissum, qui cum in petitione consularis repu- llam tulisset, ita accensus, postero die consulentes omnes à se repulsi, inquit, omnes consulere scitis, consilem face- re necitis.

P. RVTTIVS RVFVS, L. filius, adolescens P. Mutium Scævo- lam sedatus est. Consul fuit cum C. Mallio, anno urbis 651. & primus ex ludo C. Aurelii Scauri doctores gladiatorios accersivit, qui juventutem in armis erudirent. A. M. Scæuro publicanorum invidia repetundarum reus factus est: quam accusationem magna constantia peritit. Ad equitibus dam- natus, in Asiam exulatum abiit, omnibus Asiæ civitatibus legatos ei obvia mitterentibus, & ut ad se veniret, invitanti- bus. In exilio mortuus est. Orator fuit, sed jejunus. Fucos & ipse vitabat rhetoricos, & in aliis reprehendebat. Orationes quasdam reliquit. Stoica Philosophia plenas (præceptore enim ipse est Panætio) multa item in Jure scripta: historiarum quoque sine vice.

Q. ÆLIVS TVBERO, filius C. Ælii Tuberonis Carclii, & Æmiliæ L. Pauli, qui Peram devicit, filia, ex ea fa- milia, qua paupertate & parsimonia laudatissima erat, ita ut sex & decem Tuberones simul unis ædibus modici- bus, incoquo agro in Venete habitarent, & sustentaren- tur. Triumvir agris, opinor, ex lege Sempronia dividun- dis fuit, cum L. Marito Censorio consul fuit, anno Urbis nati- in disputando fuisse scribit. Jurisperitus fuit, Stoicus, ma- joribus par. oratione jejunus. Scripsit orationes contra Gracchum, item historias, ex quibus Livius, Dionysius, & Gellius multa citant. Veteris frugalitatis studiosissimus, cum à Fabio Max. epulum nomine P. Africani patrii sui deſuncti daretur, triclinium stemere rogatus, lectulos ligneos punicos pelibus hædinis stravit, & pro argen- tis vasis Samia exposuit. Cujus rei deformitate sic po- pulum commovit, ut in petitione Prætoratus repullam tu- lerit. Scripsit ad eum præceptor Panætius opuscula qua- dam.

P. VALVIVS VIRGINIVS connumeratur à Pomponio inter Jure- consultos, sed corruptè, secundum Horoman. fortasse legen- dum, Scævili Vigellius.

SEX POMPEIVS, Sex. F. Cn. Pompeii Magni patris, Stoicus, ad Ciceronis usque tempora pervenit. Præstantissimum ingen- tum contulit ad summam juris civilis, & ad perfectam Geo- metriæ & Arithmetice Stoicarum scientiam. Quem Cicero in lib. D. de Orat. 3. Stoicum appellat, & libro primo eruditum homi- nem in philosophia.

L. CÆLIVS Antipater, historias scripsit, horrido stylo quem tamen Adrianus Imp. vetustatis admirator, Salsustio prætulit. L. Craffi summi oratoris magister. In Jure celebris, ut tem- pora illa ferebant.

P. MVTIVS Scævola Augur, quem Cicero in Oratore differenter, & in Amicitia introducit. Eum adolescens Cicero coluit, & Jus civile ab eo didicit. Fuit insignis Stoi- cus, Panætii auditor. Ejus domus veluti oraculum civita- tis habita. Habuit Lælii filiam majorem in matrimonio: ab coque in collegium augurum cooptatus est, C. Fannio al- tero genero grandiore prætoro. Ipse Mutius filiam suam L. Craffo locavit: qui eum ita reveritus est, ut prætere illo supplex ambire populum erubesceret. Consul fuit anno Urbis 637. & de Dalmatis vicium cum collega triumphavit. Sylla urgente, ut senatus C. Marium hostem Reip. judicaret, solus hic Scævola obstitit. Simulacres cum Lucilio satyrico exerevit. In Saturnini tumultu quamvis senex arma cepit, & patriæ ne in extremo quidem spiritu desuit.

Q. MVTIVS Scævola Pont. Max. filius P. Mutii (de quo su- pra) Pont. max. Proconsul Asiam obtinuit: eamque provin- ciam tanta integritate administravit, ut in posterum in eam provinciam iturus magistratibus, exemplum atque forma of- ficii Scævola proponeretur. Inimicissimos habuit publicanos. Collega ejus, Craffus, eum jurisperitorum eloquentium corpus, & eloquentium jurisperitissimum appellavit apud Cic. Causas multas egit. Dixit pro P. Rutilio repetundarum reo. Cum fundum emisset, eamque pluris, quam venditor addi- xisset, æstimaret, addidit centum millia. Primus Jus civile constituit generatim in libros 18. plurimosque auditores habuit, sed præcipue auctoritatis Gallum Aquilium, Luci- lium Baldum, Sex. Papyrium, C. Jubentium. Ab eo post mor- tem Scævola Auguris Cicero adolescens multa didicit, quo- rum meminit præcipue de Legibus. Ex profectio neminem docebat: sed consulens, & de Jure respondens, studiosos au- diendi docebat. Hic cum pro Sylla senfisse crederetur, Ma- rianique urbem invasissent, & infingente Mario filio, tum consule, Damaspippi prætoris iussu, obfesa curia, è Senatu educti trucidarentur, fugiens, Vestalesque amplexus aras, ad Martii funus in curia Hostilia C. Fimbria trucidatus est. Jam grandis natus, ita ut sanguine suo sacrarium Vestæ resperser- ret. Quem cum ex vulnere aliquantisper recreatum, ac posse vivere conspexisset, apud populum se accusaturum Fimbria ironice dixit, quod parcius totum corpore telum recepisset. Obiit mox Scævola, & corpus in Tiberim projectum. Hunc antiquissimum ferunt eorum, ex quorum scriptis confectit Justinianus Pandectas Juris civilis, unumque tantum ibi li- brum ejus acciri Definicionum.

C. AQUILIVS Gallus, eques Rom. à Q. Mutio Pont. Max. jus civile didicit. Acutus & exercitatus & promptus in re- spondendo & agendo, regnum quoddam judiciale videbatur habere, cujus gratia è petendo consulatu abstinuit. Ipse Ser- vium Sulpitium Jus civile docuit, & ab eo illustratus est. Ha- bitavit in colle Viminali, ædibus ea ætate sumptuosissimis, ducentis circiter millibus nostratum aureorum. Filium vi- vens amisit. Collegam in prætura Ciceronem habuit. Si quid ad illum tale referretur, ut de facto quereretur, quia id ad Jus nil pertinebat: Ad Ciceronem, inquit, abe: Gallus: Oratoris id munus esse asserens. Dolus malus quid esset, perente Cic. Cum aliud esset simulatum, aliud actum, respondit. Responsa ejus G. citantur plurima in libris Digestorum, celeberrimum illud de posthumis nepotibus hereditibus instituentis. Laudatio ejus extat in orat. pro Cæcina.

L. LYCVIVS Balbus, Servium Sulpitium docuit, in agendo & in respondendo considerata tarditate utebatur. A discipulo Servio illustratus est. Stoicus fuit insignis, ita ut è Antio- chus philosophus opus suum quoddam milerit. Inque cum Cicero in suis libris Stoicorum placita defendentem intro- ducit.

Cn. AVTIDIVS à Cic. inter Jureconsultos numeratur, omit- titur à Pomponio. Cæcus etiam in Senatu sententiam dice- bat, & Prætoris amicis non deerat; Græcam insuper scribe- bat historiam. Huic æquales annumerat Cicero, C. Acu- leonem, matertera Ciceronis virum, qui cum L. Craffo ora- tore familiariter vixit: filiumque ejus C. Visellium Varro- nem, confobrinum Ciceronis, C. Fimbriam, Q. Lucretium Vispillonem, C. Billenum, P. Quintilianum, M. Marcellum, L. Vallerium facitissimum Ciceronis amicum, & P. Conlam, quem Cicero irritit, cum in judicio de re quadam testis in- terrogatus, negasset se quicquam scire: Fortasse de Jure inter- rogari te putas, inquit Cicero.

C. JVVENTIVS (vel T. ut Cicero) Q. Mutii Pontif. max. auditor. In dicendo frigidus, sed acutus causarum actor. Discipulum habuit P. Orbilius, Ciceroni ferè æqualem. Hunc etiam Servius Sulpitius audivit, & in libris suis cre- bram ejus facit mentionem.

SEX. P. PAPYRIVS, auditor Q. Mutii. Hunc Ser. Sulpitius au- divit, & scriptis suis illustravit.

P. SERVIVS Sulpitius Rufus Lemonia, generis memoriam propè intermortuam virtute renovavit. Rhodum cum Cicero- ne eloquentia causa profectus est. Reversus, cum de re ami- cisci Q. Mutium Pont. max. consulivisset, neque responsum ejus intelligens iterum Mutium interrogasset, neque secun- dum quoque responsum percepisset: objurgatus à Mutio quòd turpe esse diceret patrio viro, & causas oranti, Jus, in quo versaretur, ignorare; ea veluti contumelia tachus Ser- vus, Juri operam dedit sub Gallio Aquilio, Lucilio Balbo, Sex. Papyrio, C. Juventino. Juris itaque scientia omnes vicit, qui eloquentia aut prior Cicero, aut non inferior erat. Primus Dia-

A Dialecticam juri adhibuit, & ordine quodam tractare cepit. Cicero familiarissimus fuit. Quæstor fuit, item & consul cum M. Marcello, Catoni Uticensi prælatum. In bella Civili Cæsaris & Pompeii incidit. Ad M. Antonium, qui Mutinæ D. Brutum obsidebat, inivitus legatus est missus, pacis causa. Sed non dum confectio legationis munere, ingravescente morbo extinctus est, uxore ac filio superstibus, Hircio & Panfa Coss. Statua ærea pedestris in Rostris à Cicerone collocata: & sumptu publico, tanquam in legatione defuncto, fieri, gravissima oratione Cicero contendit, quæ adhuc extat. Uxorem habuit Posthumiam, à C. Cæsare adulterio corruptam. Filium reliquit Servium, & filiam, quam duxit Q. Tubero Jureconf. Pomponius centum octuaginta prope libros in Jure civili ab eo scriptos aserit, pleraque apud Cercinnum insulam scripta.

C. TREBATIUS Testa, eques Rom. familiaris Ciceronis, quod ex Epistolis illorum intelligi potest: Cæsari à Cic. commendatus, Cæsarianas partes fovit. In jure fuit singulari memoria, & summa scientia. Præceptorem habuit P. Cornelium Maximum, obscurum Jureconf. Ab Octavio quoque in honore habitus. Libros multos de Jure civili composuit, & de Religionibus novem: juris peritior fuit, quam eloquentior. Auditorem habuit Antistium Labeonem.

A. OCELLUS eques Rom. Ser. Sulpitii auditor, vixit sub Octavio, æqualis Trebatio. Ciceronem re pecuniaria juvit. Libros de Jure civili scripsit plurimos. De legibus Vicefime primus scripsit, & de Jurisdic. Q. Tuberonem instruxit. Hujus Ocellii uxor ea fuisse videtur Clodia, quam Plin. lib. 7. c. 48. 115. annos vixisse, quindecies autem enixam esse tradit. *Histor. in descript. Jurisconf.*

A. CASSELLIUS, eques Rom. Q. Mutii Volusii auditor, æqualis Trebatio & Ocellio. Scripsit librum Benedicitorum. Mориens Q. Mutium nepotem præceptoris sui Mutii, in ejus honorem, testamentum heredem reliquit.

Q. ÆLIUS Tubero, L. Tuberonis F. Patricius, primum orator fuit, & Q. Ligarium accusavit, tanta vi, ut vix Ciceronis defensio & Ligariorum fratrum, bene de Cæsare meritorum, eum eripere potuerint. Tubero inde à causis ad jus civile transit, & A. Ocellio operam dedit. Multos in Jure reliquit libros, sermone etiam antiquo usus affectavit scribere, & idcirco parum libri ejus grati habentur. Meminit Cæsar lib. 1. de Bello Civili. Consulatum cum Fabio Max. gessit, anno Urbis 743, qui fuit nonus ante Christum natum. Servii Sulpitii filium duxit, & ex ea filiam suscepit.

Q. LIGARIUS à C. Consilio proconsule provincie præfectus fuerat. Cum autem Ælius Varus in eam pulsus à C. Cæsare venisset, Q. Tuberonem hujusce patrem, cui ea provincia obvenerat, potu prohibuit. *Histor. in descript. Jurisconf.*

P. ALPHENUS Varus, auditor Ser. Sulpitii, Cremonensis (Horat. Vastum appellat) fuit primum, mox Jureconf. ita ut etiam consulatum sit adeptus cum P. Vinitio, triennio post Christum natum. Reliquit Digestorum libros, & Collectaneorum. Publico elatus est funere.

AUFIDIUS Namusa, Servii Sulpitii auditor, traditur condictpulorum suorum scripta in 140. libros digessisse. *Histor. in descript. Jurisconf.*

CARUS à Pomponio inter Ser. Sulpitii auditores numeratur: multa scripsit. Hodie extant duo libri Institutionum, ex quibus multa Justinianum mutuatus est.

D. TITIVS Cælius, Servii auditor, à Pomponio connumeratur.

AUFIDIUS Tuca Servii auditor (alii Suram nominant) vixit ad summam senectutem, etatque & bonus vir & innocens, sed dicebat parum. Aufidius Asia prætor, item Aufidius Namusa, in Legum libris non raro laudantur.

C. ATTEIUS Pacuvius, Servii discipulus. FLAVIUS PRISCUS, Servii item auditor, item Cinna. Pariter P. Cæcilius, cujus frequens citatur in Digestorum libris auctoritas. Huic cum C. Cæsar quinquaginta tantum fessertaria, reliquis collatoribus centum dari jussisset: Quid ego, inquit, una manu ludo, ut nequeam tantundem capere?

SULPITIUS Galba horum temporum æqualis, brevis fuit, & gibbosus, omniumque cavillis expostus. Causas agitavit. Orbilius cum frequenti judicio testimonium diceret, interrogatus à Galba divestis partis advocato, cui incognitus erat, Quo artificio uteretur? respondit: à fe gibbos in sole fricari, atque inde in umbram transferri solere. Uxores habuit Mummiam Achaicam, pronepotem L. Mummii Corinthiaci, nepotem Catuli, ex qua C. & Sergium procreavit. Major C. lapidatus

bonis exul obiit. Sergius postea ad imperium pervenit, sed non diuturnus septimestri. Secundam habuit Liviam Ocellinam, divitem & pulchram, nobilitatis causa ab ea expectatus: & etiam veretrix, quod secretò postea videtur, ne ignaram fallere videretur. Adulteriorum infamia laboravit, teste Horatio:

— *quin etiam illud Accidit, ut quidam veses, caudamque salacem Demeteret ferro, Jure omnes, Galba negabat.* Quasi & ipse adulter. Villam habuit suppositam colli prope Terracinam sinistrorsum Fundos pentibus, in qua natus est filius Sergius Galba, post Imperator.

Q. ANTISTIVS Labeo (vel M.) Antistii Labeonis F. (qui inter occisores Cæsaris fuit, & legatus M. Bruti in acie Pharsalica victus, servo suo fe jugulandum præbuit, ut victorem effugeret) philosophus & Jureconf. Trebatii auditor. Rome sex erat mensibus cum studiosis, sex aliis secedebat, & conscribebat libros, quos reliquit numero quadringentos. In primis veluti sectam quandam Jure cum Attejo Capitone exercevit, cum Capito vetera fessert, Labeo doctrina fessert multa innovare, fed potius mordicus antiquum Jus retinere vellet. Uti Gellius lib. 13. c. 12. Noë. Attic. Vide Tit. Libertatis nomine in magistrariis reprehendendæ. Sub Octavio Cæsare libere sententias dixit, & Octavianum sapè reprehendit. Eapropter ab Horatio in gratiam Augusti insanus vocatur. Eum Petronius Arbitr Servio Sulpitio comparat: Atque eho quidquid Servius & Labeo. Non in Jure tantum, sed & in Dialecticis & Grammaticis, antiquitatisque cognitione excelluit, ita ut ex Latinorum vocum origine & proprietate multos in Jure nodos solveret. Cujusmodi multa in 40. libris Posteriorum reliquit. Scripsit & alia.

C. ATTEIUS Capito, cum Germanico Cæsare consul fuit, testibus Pomponio & Tacito (ut valde mirer, Cassiodorus & Dionem scriptum habere, Ann. dccc. lxxv. C. Fontejum cum Germanico Cæsare.) Alterum veluti oraculum civitatis habebatur. Auditor Ocellii, & antagonista Labeonis in moribus & disciplina. Itaque Octavio charus fuit, & Tiberio adularus est. Cum verbum in edicto parum Latum, Capito, si non esset, cerè in gratiam Cæsaris, à civitate receptum, Latum esse futurum affereret; Pomponius grammaticus ad Tiberium conversus respondit, Mentitur Capito: tu enim Cæsar civitatem Romæ dare potes hominibus, verba & linguæ Latine usum non potes. Reliquit libros non paucos, quorum Gellius, Macrobius & Frontinus mentionem faciunt.

M. COCCÆIUS Nerva, Cocceii Nervæ (qui cum L. Gellio triumvirali dominatu consul fuit) filius, Labeonis scolar, à Capitonis successoreb discessit. Omnis divini & humani Juris peritus, assiduus Tiberio Cæsari fuit, ita ut eum solus Capreas secedentem secutus sit, & cum eo octo ferme annos permanferit. Mox cum Tiberii crudelitatem perspicere, futuraque Reipub. mala animo prævideret, inedia seipsum confectit nec Tiberio tamen, quamvis acriter instanti, mortis causam indicare voluit. Filium reliquit Nervam, qui 17. ann. ætatis de jure respondit. Hujus nepos fuit Nerva, qui Romano postea præfuit imperio, vir optimus, & successore Trajano dignus. *Tacitus lib. 4. c. 6.*

MASURIUS Sabinus, plebejus, Cocceii Nervæ æmulus, Capitonis successor. Jam grandis natu equefrem dignitatem obtinuit, annorum ferme 50. Pauper aliqui, à suis auditoribus in plurimum sustentatus est. Obtinuit à Tiberio Cæsare, ut sibi de Jure respondere liceret. Atque ita publice primus rescripsit. Scripsit multa in Jure.

C. five L. Cassius Longinus, ex filia Tuberonis, nepote Servii Sulpitii, natus, præp hæreditariam Juris civilis scientiam exercuit, cum proavum Sulpitium, Tuberonem avum, maternos habuisset. In Masurio Sabinio successit, & Cassianorum nomen suis reliquit, princepsque & parens ejus scholæ est habitus. Consul fuit cum Quirino, anno Tiberii 17. Extremo Caligulæ principatu, cum Afia proconsul esset, & fortunæ Antiatinæ principii respondissent, ut à Cassio caveret, Cassium Longinum interficiendum delegaverat: sed ipse prius à Cassio Chærea fuit interceptus. Sub Caligulam sub Claudio Jure conf. præfaturum accepit. Sub Nerone falsis criminibus confectus, in Sardiniam deportatus, sub Vespasiano rediit, & in patria (enex atque cæcus vitam finit.

AMINIUS REBIUS Jureconsultus, pecunie ditissimus, famæ non admodum bonæ, ob libidines muliebriter infamis, venenato missio à venis sanguine morte constiter tulit, Neronis an. III. Pro

A. PROCVLUS, Nervæ filius, patris scholam & disciplinam excepit. Tantis in Jure fuit, ut qui prius à Labeone ac Nerva nomen accipiebant, ab eo Proculiani cepti fuit dicit. Videtur hic ille fuisse, qui Othoni summa necessitudine fuit conjunctus, & causa quodammodo illius cædis, ab eoque veniam impetravit. Ulpianus eum quasi non levent Juris auctorem nominat, ex rescripto divorum fratrum. Cælius verò etiam Proculum auctorem Juris habuisse videtur.

CÆLIUS Sabinus successit Longino in Juris disciplina. Ab Othone bimestrem consulatum cum Pl. Sabino suscepit. Vitellius ratum habuit, quamvis victor. Vespasiani postea temporibus plurimum potuit. Scripsit librum de Edicto ædilitum curuliani. Gellius libro septimo, capite quarto, eum ait scriptum reliquisse pileatos servos venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil præstaret.

SIX. PEBIUS, quo tempore vixerit, incertum, si libros reliquit de Stipulationibus ad edictum 25. Citatur à plerisque auctoribus Digestorum.

PEGASIVS successit Proculi, sub Vespasiano consul fuit cum Prustone. Auctor tum fuit Senatûs consulti Pegasiani de hæreditate. Fuit hoc eodem, & etiam sub Domitiano præfectus urbis. Meminit illius Juvenalis, & optimam auge sanctissimum Legum interpretem appellat.

PRISCUS Abolenus sive Javolenus successit Cassio Sabinio: de Jure publice respondit, & adhibitus est consiliis. Ad Antonini Pii Imperium usque pervenit, eoque usus est princeps Jurisperito, cum multa jura sanciret. Hunc Julianus præceptorem suum fuisse scribit, & in Africa & Syria cum imperio fuisse, jurisdictionemque exercuisse testatur. Scripsit de Jure 15. libros & Cassio, epistolam 14. quinque ad Plautum, qui etiam fuit Jureconsultus: sed nihil de eo certi habetur. Sapè ejus in libris legum honorifica fit mentio. De eo sic Plin. lib. 2. Epist. Passentis Paulus, splendidus eques Romanus, & imprimis eruditus, scripserat elegos gentilitium hoc illi: erat enim municeps Propertii, atque etiam inter majores suos Propertium numerabat) Eos cum recitaret, ita cepit dicere, Prisce jubes? Ad hoc Javolenus, Ego verò non jubeo. Cogita, qui ritus hominum, qui joci, quod est omnino Priscus est dubie sanitate. Interest tamen officii, adhibere consiliis, atque etiam jus civile publice respondere: quo magis, quod tunc fecit, & ridiculum & notabile fuit. Interim Paulo aliam deliratio aliquantum frigoris attulit. Tam sollicitè recitaturis providendum est, non solum ut sint ipsi sani, verum etiam ut sanos adhibeant.

TUSICIANUS Jurisconf. nominatur à Pomp. & Javoleno Prisco in Juris civilis disciplina successisse traditur. Ejus tamen nunquam mentionem reperio, veteroque, ne pro T. Metiano scriptum fuit Tusciano. Nam T. Volusium Metianum vni cum Valente Capitolinus in Antonino conjungit: cui Valenti Tuscianum Pomponius socium attribuit. *Histor. in descript. Jurisconf.*

CÆLIUS pater Pegasio successit. Apud Trajanum in honore, & Adriano præcepte inter judicandum in consilio fuit. Filium habuit Julium Jureconsultum, qui duos sub Adriano consulatus gessit. Filias reliquit Digestorum lib. 39. Inft. 20. Epist. 13. Adriano in consilio fuit.

NERATIUS PRISCUS scholam Celsi patris cum Julio Cello F. tenuit, & cum eo Consulatum gessit. Eum Trajanus tantopere probavit (qui & ipse juris civilis & divini consultissimus fuit) ut in animo habuisset dicatur, non Adrianum, sed Neratium, imperii successorem relinquere: usque adeo ut Prisco aliquando dixerit: Si quid fatale mihi contigerit, commendo tibi provincias. Adriano tamen adoptato, Neratius eidem inter præcipuos judicario consilio assuit. Consulatum etiam administravit. Plurima scripsit.

DOMITIUS Labeo, Adriani temporibus floruit, scripsit libros, Epitomatum unum, Epistolatum complures: unde ea omnia esse dicuntur, quæ Tribonianus suis Digestis inseruit, Labeonis nomine. Quis tamen fuit, incertum est.

T. ARISTUS, à Pomponio omittitur. Plinius tamen & Gellius doctissimum Jureconf. fuisse testatur. Scripsit volumina de Decretis Frontinians.

ABURNIUS Valens Jurisconf. nominatur à Pomponio, & Javoleno Prisco in Juris civilis disciplina successisse traditur. Capitolinus autem Salvium Valentem dicit Antonino Pio operam suam in jure condendo præstitisse, & reliquisse Fideicommissorum libros septem.

L. B. Theat. vii. Human. Tom. IV.

VINDIUS Verus, & Ulpius Marcellus, Antonino Pio in consilio fuerunt, cum Jura conderet, Ulpius etiam Severi imperio floruit, & reliquit libros Digestorum 38. Responsorum unum, & multos alios.

ARIANUS, sub Antonino & Adriano, libros scripsit complures, præsertim de Re militari. Non ille qui Alexandri gesta Græcæ persecutus est, sed ille, ad quem multæ fuit Cæciliæ epistolæ: quibus eum non tam quasi Jureconsultum, quam ut advocatum & curatorem, atque adeo Demostheni & Calvo vi orationis parem, alloquitur.

TERULLIANUS iisdem temporibus vixit, qui libros Questionum 4. unum de Castrensi peculio edidit. Quidam eum consulem fuisse ajunt. Alii eundem esse conjiciunt, qui postea Christianus factus, egregios pro religione nostra libros reliquit.

SALVIUS Julianus Severus, Mediolanensis Patricius, auditor Javolenti, Juris peritiss. fuit, & perpetuum edictum diligentissime composuit (quod ipsam Justinianus confirmavit, Julianum legum & edicti perpetui sublimissimum conditorem appellans: itemque sublimissimum testem, summaque auctoritatis hominem, & Prætoriani edicti ordinatorem) supplevitque, Adriani imperio, post Christum natum 134. cui etiam in consilio, cum judicaret, assedit. Antonino deinde Pio & Dd. fratribus charus fuit, ita ut eum rescripto quodam & amicum suum & V. C. appelleret. Extraxit ejus vox memorabilis apud Pomponium: Esti alterum pedum in sepulchro habebrem, adhuc tamen discere vellem. Consul ibis, & præfectus Urbis. Multa in jure reliquit: Digestorum libros 90. Hinc nonnulli verissimum putant inter eos, quorum ex operibus Digesta Justiniani Tribonianus scriberet. Fuit autem pater noster proavus Didii Juliani: qui ipse quoque Juris perita clarus fuit, & post Pertinacem imperium Romanum à militibus pecunia redemit. Ad Commodum usque tempora pervenisse, & ab eo inter principes viros cetum, Græci tradunt auctores. Sepultus via Laticana, milliario ab Urbe quinto. In hujus imaginem tale extat carmen in 4. Græcorum Epigram. per Theoretum:

Τὸν Ἰουλιανὸν νομικῆς οὐδὲ ἀπορῆ ἰδῶνα  
Πῶς ἐν βίῳ, πᾶσα φωνὴ δὴσαστα.

L. VOLUSIUS Metianus, Antonini Pii consiliarius, magister M. Antonini philosophi. *Capitolinus.* De Fideic. lib. 16. Publicorum lib. 14. scripsit. Lampridius Metianum alium facit, discipulum Papiniani, & familiarem Alex. Imp. & in consilio socium.

ÆLIUS Martianus Jureconf. quem Didius Julianus Imper. jussit occidi: sed elapsus discrimini, postea in consilio Alexandri fuit. Multa in Jure scripsit.

L. CERVIIDIUS sive Servidius Scaevola, præceptor M. Antonini philosophi, & mox in faciendis legibus, & in consilio socius. Docuit quoque Septimum Severum Afrum, qui post Julianum imperavit, & Papinianum. Solebat dicere, Jus civile vigilantibus esse scriptum. Reliquit multa in Jure. In responsis jus semper ad facti conditionem qualitatemque accommodavit. Itaque semper illa clausula utitur: Secundum ea quæ proponerentur.

ÆMILIUS Papinianus, Hostilii Papiniani & Eugeniz Gracili F. Scaevolæ discipulus, procurator sicut post Septimum Severum fuit, eoque ad imperium evecto, amicissimus ejus, & ut alii loquuntur, affinis etiam per secundam uxorem, præfectus prætorio fuit constitutus, in quo magistratu Paulum & Ulpianum discipulos suos accessores habuit. Severus moriens, ei filios suos commendavit. Quorum Antoninus Bassianus Caracalla Getam fratrem interfecit. Parricidium hoc cum Papinianus excusare nollet, in conspectu tyranni à militibus confossus est, ætatis anno 38. vel 36. Fessit etiam, cum raptus à militibus ad Palatium traheretur occidendus, prædivinasse dicentem, stultissimum fore, qui in suam subrogaret locum, nisi appetitam crudeliter præfaturum vindicaret. *Histor. Ex ejus ludo innumerales civilis scientiæ proceres exierunt, qui ab eo Papinianis sunt dicti.* Filius quoque ejus cum triduo antè quæstor opulentum munus edidisset, incertempus est à Caracalla. In Jure plurima scripsit.

FABIUS Sabinus, Sabinii consularis viri filius, qui ab Helio Gabalo occidi jussit, furditate centurionis (qui eum in exilium relegari oportere obaudierat) servatus est. Ad eum fuit scripti libri ab Ulpiano, Paulo, Pomponio. Filius ejus intus Alexandro & consiliarius, Cato sui temporis est dictus. Alteruter istorum consularis, & præfectus urbi, sub Maximino fuit.

B b b

A fuisse percussus in populo, & in publico relictus est.  
**DOMITIUS** Ulpianus, Phœnicia urbe Tyro oriundus, Papi-  
 niani discipulus, & mox eidem pratorii præfecto locus. Sub  
 Heliogabalo à Rep. remotus, sub Alexandro sacrorum scriinio-  
 rum magister fuit, consiliarius & assessor, atque etiam præfe-  
 ctus pratorio factus: ita denique familiaris principis, ut vir-  
 tutes Alexandri à solo Ulpiano provenire crederentur. Chri-  
 stianis tamen valde infensus fuit. Modestinus tantum ei tribuit,  
 ut Verriem legum nobilissimum atque egregium appellare  
 non vereretur. Cum autem multa quæ non rectè à Sardana-  
 palo facta erant, emendasset, non multo post à Prætorianis, qui  
 eum de nocte in vasentem, interfectus est: quamquam in Pala-  
 tium ad Imperatorem ejusque matrem confugisset. Reliquit  
 ingentem librorum numerum.

**JULIUS** Paulus Patavinus, Papiniano præceptori assessor &  
 in consilio fuit, ac dein à memoria principis. Per hos gradus  
 ad præturam & consulatum, demùmque ad pratorii præfectu-  
 ram, summum tunc à principe locum, pervenit. Post Ulpia-  
 num nemo plus Paulo apud Alexandrum potuit. Fuit itaque  
 Ulpiano honore ac doctrina par, numero scriptorum etiam  
 superior.

**POMPONIUS**, Papiniani auditor, sub Alexandro floruit, fami-  
 liaris ac penè socius consiliiarique principis. Vixit 78. an-  
 nos, multa scripsit: inter quæ etiam omnes Juris peritos usque  
 ad Julianum diligenter collegit.

**HERENNIVS** Modestinus iisdem honoribus, ætate, magistro  
 usus est. Accessit honos ex discipulo Imperatoris Maximini  
 filio, & ex consulatu quem gessit principum Alexandri. Ver-  
 sus etiam fecit, argumenta in Virgilio libros. In Jure multa  
 scripsit. Hotomanus Ulpiani discipulum facit: quandoquidem  
 is sic scribit: Si quis alium meum coegisset, furti non tenetur,  
 nisi furandi animum habuit: quod & Herennio Modesti-  
 no, studio meo, de Dalmata consulenti rescripsit. Gordia-  
 no Imp. floruit. Arcadius Charisius & honoribus scribit eum  
 abundasse, & notando & disputando benè & optima ratione  
 quædam decrevisse.

Papinianis reliqui sub Alexandro, Severo & Antonino,  
 Tarruntius Paternus, Macer, Caston, Terentius, Clemens  
 Menander, Arcadius, Rufinus, Papyrius Fronto, Anthius,  
 vel P. Furius Anthianus, Maximus, Hermogenianus, Africa-  
 nus, Florentinus, Tryphonianus, Justus, Callistratus, Venu-  
 lejus, & Celsus charissimus Alexandro, scriptis suis etiam non  
 nunc, olim tamen noti.

**PROSPER** Farinacius I. C. Romanus, inter omnes Jurispru-  
 dentia sectatores, facillè nostra memoria primus, qui emissis  
 in lucem doctissimis lucubrationibus, quæque omnium ma-  
 nibus versantur summo cum fructu, inter quas numerantur  
 consulta, decisiones, & tractatus de hæresi, ad meliorem vitam  
 nuper transiit Romæ anno 1621.

GRÆCORUM.

**TRIBONIANUS**, Macedoniani F. Pamphilus, fuit inter fo-  
 ri principes, Justiniano Imp. magister officiorum, assessor, &  
 quæstor, ingenio miti & humano. Avassimum fuisse, & im-  
 pium, Suidas testatur. Procopius tamen honestius de eo sen-  
 tit. Hujus opera, & multorum aliorum (Theophili scilicet,  
 Dorothei, Iudori, Cratini, Tallei, Theodori, & Anatolii)  
 Justinianus Jus civile fluctuans in gratiam & perplectam bre-  
 viter contraxit: id quod tantò jam antè C. Cæleri Dictato-  
 ri in animo fuerat.

**ANAVOLVUS**, Beryto urbe Phœnicia oriundus, ubi Juris stu-  
 dia vigeant, Juriconsultus & orator insignis, præfectus præ-  
 torio Constantis Imperatoris. *Eunap. in vita Proarsesi.*

ITALORUM.

**IRNERIUS** Bononiæ primus Jura professus est, cum prius li-  
 teris humanioribus tantum incumbere, divulgato jam Jure  
 civili, quod à Pisanis viatoribus ex Malitanæ urbis direptione  
 ann. 1128. in Italiam relatum fuit. Primus ergo Jurispruden-  
 tia illustrator & Lucerna juris passim vocari cepit. Glossas  
 enim interlineares locis difficilioribus apposuit, & Authenti-  
 cas ex Authenticis Justiniani decerpit, quàm brevissimè, jux-  
 ta sententiam tantum, Codici Justiniani inseruit. Authentica-  
 rum enim auctorem alii alium, Accursius Irnerium esse asserit.  
 Obiit anno Salutis 1190. Odofredus tamen alium quendam,

Peponem nomine, ante Irnerium Bononiæ Jura professum  
 scribit: sed obscurum, & nullius nominis virum, ita ut Irnerius  
 primus merito censeatur debeat. Aventinus V verberum vocat  
 lib. 6. Annalium, & hunc locum in Jusu Mathildis, quæ Vvel-  
 fonis II. Ducis Bojorum uxor fuit, juscepisse scribit.

Post Irnerium cepit jam increbescere Legum studium. Pro-  
 fessi ergo (sunt leges, Hugolinus Bulgarus, Martinus Placen-  
 tinus, Joannes Bosianus Cremonensis patria, non multi sanè  
 nominis, nisi quia tempore priores fuerunt. Belfianus summu-  
 lam conscripsit, quam Odofredus Ventosam nominat: fuit  
 præceptor Azonis & Accursii.

Azo Bononiensis præceptorem habuit Joannem Bosianum,  
 Bononiæ primum professus, mox invidiæ cedens, ad Mon-  
 tem Pessulanum profectus, inde Bononiam revocatus: tantus  
 fuit in docendo simul & scribendo, ut Baldus eum non semel  
 tantquam Fontem legum & Vas electionis prædicet. De morte  
 ejus nihil certi. Sepulchrum Bononiæ adhuc conspiciunt. Obiit  
 anno Sal. mccc.

**ROFREDUS** Beneventanus, doctus & facetus, discipulus Ki-  
 liani cujusdam, & Azonis etiam, Bononia relicta, Azevii pro-  
 fessus est, ubi egregium opus Labelorum, & quæstiones suas F  
 Sabbatinas edidit. Anno 1415.

**ACCURSIVS** Florentinus, auditor Joannis Bosiani & Azo-  
 nis, primus in universas leges Glossas conscripsit, cum antea  
 sparsim tantum Glossas scriberent. Hinc Glossatorum ultimus  
 fuit, & optimus. Anno 37. demùm ætatis Juris studium ag-  
 gressus fuit. Professus est Bononiæ, & ibi relicto filio Franci-  
 sco Jureconsulto obiit, anno ætatis 78. Salutis verò 1279. Flo-  
 rit anno 1266.

**JOANNES** de Blanaeo Burgundus, æqualis Jacobi Balduini  
 (qui nihil scripsit, sed in scriptis Odofredi discipuli sui vivit)  
 professus est Bononiæ, ann. 1256. Edidit quædam.

**RUTGERUS** Treverensis Ecclesiæ Episcopus, inter cætera inge-  
 nium sui monumenta, librum Decretorum composuit: quem  
 cum in Synodo coram suffraganeis suis apud Treverim produc-  
 eret in publicum, omnes approbarunt. *Trithem. in Chro-  
 nico Hirjungeni.*

**CLEMENS** V. librum Clementinarum composuit, eumque  
 in Viennensi Concilio edidit. Joannes XXIII. successore  
 eundem editionem confirmavit, mandavique doctoribus  
 omnibus publicum gymnasium, ut librum ipsum publicè G  
 legerent. *Platina.*

**ALEXANDER** III. Decretales epistolas compilavit. *Idem.*  
**HONORIUS** III. epistolas Decretales compilavit, ejusque suc-  
 cessor Gregorius IX. ope Raymundi Barcinonensis Domini-  
 cani Decretales. Ut quo tempore Fredericum II. Imp. dicitur  
 exterminare studebant, eodem quoque sua statuta Juris nomi-  
 ne cohonestata ad posteros transmiserunt. *Platina.*

**BONIFACIUS** IIX. natione Hænicus, patria Anagninus, Bene-  
 dictus Cajetanus antè vocatus, doctrina & experientia re-  
 rum insignis (dii enim in curia versatus fuerat, & per omnes  
 dignitatis gradus ad Pontificatum pervenerat) edidit Sextum  
 Pontificii juris codicem, suo jussu à tribus doctiss. viis com-  
 pilatum, quibusdam decretis novis à se additis. *Plat.*  
**GUINO** Fulcodii, natione Narbonensis, villa sancti Ægy-  
 dii, Jureconsultus uxore Gallie primarius, in curia regia causas  
 integerrimè agens, uxorem & liberos habuit. Qua mortua,  
 primo Podienis, deinde Narbonensis Episcopus, postremò  
 Cardinalis omnium consensu creatus, solus ob integritatem,  
 & auctoritatem delectus est, qui lites inter Henricum Angliæ  
 regem, & Simonem Montiserrati comitem, componeret. H  
 Postea verò Pontificatum adeptus, Clementis IV. nomen as-  
 sumpsit. *Platina.*

**SINIBALDUS** Januensis, ex nobili Fliscorum familia, Ponti-  
 fex factus, Innocentius IV. dicitur est. Ausivit Bononiæ Azo-  
 nem jam senem, Accursium & Jacobum Balduinum. Post  
 synodum Lugdunam habitam (in qua Fredericum II. Imperio  
 abdicavit) cum ibi longius moraretur, dicitur commentarios  
 suos in Decretales conscripsisse. Quorum tanta fuit auctoritas,  
 ut perique patrem veritatis Innocentium appellarent. Repre-  
 henditur tamen propter breviter obcuram. Nunquam autem  
 ille commentarios suos pro jure haberi voluit, sed ut à sen-  
 tentia quoque Jura liberè quis dissentire possit. Duodecimo  
 anno fuit Pontificatus Neapolim à proceribus regni Siciliæ evo-  
 catus, ibidem moritur, sepultusque est ad S. Laurentium, an-  
 no Sal. mclxv.

**ODOFREDUS** Beneventanus, Jacobi Balduini discipulus, Bo-  
 noniæ professus est magna cum admiratione: quod satis ejus  
 Lecturæ indicant, in quibus adhuc spirare legenti videbitur.  
 Obiit anno mclxv.

A **HENRICUS** de Segusia, postea Cardinalis Hostiensis factus,  
 his successit. Gratus fuit Innocentio IV. & Alexandro IV. suc-  
 cessori. Summam edidit. Floruit anno mclcv. & seq.

**GUILLERMUS** Durandus, Hostiensis auditor, Speculum fecit:  
 unde Speculator dicitur. Multa ex veteribus transcripsit, &  
 sibi fampit. Obiit non multo post quàm Speculum edidisset,  
 vix dum annum 30. egressus.

**JACOBUS** de Bellivio, sub hæc tempora floruit. Septies Feo-  
 dorum libros publicè prælegit, & in illos demùm commenta-  
 rios scripsit, & quædam alia.

**BARTOLOMÆUS** Brixianus, additiones quædam ad Glossas  
 decreti conscripsit.

**DYNDUS** Mugellanus, vixit anno 1300. Bononiæ ad S. Domi-  
 nici templum sepultus, habuit discipulum Cynum. Scripsit varia  
 Juris Canonici ignarus fuit, si Jo. Andreæ credimus. Bonifa-  
 cio VIII. anctor fuit in compendio 6. libri Decretalium, teste  
*Volat. lib. 21. Anthrop.* Eodem tempore floruerunt, Petrus  
 de Bellapertica Burgundus, qui multos commentarios edidit:  
 Jacobus de Arena Parmensis, cujus opiniones Bartolus laudat:  
 Martinus de Sulmannis, Bononiæ professor, præceptor Jo.  
 B. Andreæ. Nihil scripsit.

**RICARDUS** de Malumbris, Cremonensis, Patavii professus  
 sub rege Roberto. Hunc Baldus omnium ætatis suæ Jurecoss.  
 principem facit. Accusatus fuit hæresis (cujusnam, incertum  
 & damnatum, frustra pro eo intercedente Bononiesium  
 Jurecoss. collegio. Multa scripsit. Floruit anno 1300.

**JOANNES** Andreas, Bononiensis, grammatici filius, auditor  
 Martini de Sulmannis, in Jure civili: Canonici tamen stu-  
 diosior fuit. Multa in eo scripsit. Lud. Romanus omnium ho-  
 minum præstantissimum appellat. Baldus tamen eum furti mul-  
 tis in locis accusat, ex Consiliis Odradi Laudensis. Peste pe-  
 riiit anno 1348. 7. Julii, sepultus Bononiæ in templo Sancti  
 Dominici.

**CYNUS**, ex nobili Sigisbuldorum familia Pistorii natus, au-  
 ditor Dyni Mugellani: scripsit provecit tantum, Canonici Jus-  
 ris sectatores odio habuit. Decessit Bononiæ, & juxta præ-  
 ceptorem suum sepultus est. Vixit anno Sal. 1313. Fuit alius Cynus  
 Pistoriensis, Decretorum doctor, nullo scripto clarus.

**OLDRADUS** de Ponte, Laudensis, Cyno discipulus, Advocatus  
 consistorialis Romæ: demùm quoque auditor causarum-fa-  
 ctus. Hujus Consilia Jo. Andreæ, suppresso auctoris nomine,  
 compilavit. Floruit anno mcccxx.

**JOANNES** Calderinus Bononiensis, doctus & sanctus fuit.  
 eamque ob causam à Jo. Andrea adoptatus. Scripsit commen-  
 taria in Decretales, & Consilia.

**JACOBUS** de Butrigaris, Bartoli præceptor, multa scripsit.  
 Floruit anno Salutis mcccxx.

**RAYNERIUS** de Forolivio, Bartoli præceptor. Obiit Patavii,  
 ad S. Antonium sepultus.

**BARTOLVS** de Saxoferrato, natus est anno 1309. Anno  
 ætatis 14. Juri operam dare cepit Perusii, sub præceptoribus  
 Cyno Pistoriensi, Butrigario, & Raynerio; 20. deinde  
 ætatis anno Bononiæ de Jure publicè respondit, & anno se-  
 quenti Doctoratus insignia suscepit. Mox ad praxim se contulit,  
 & assessor criminalium causarum factus est. Ejus officii  
 deinde pertæsus, ad studia rediit, apud S. Victorem, qui  
 locus ad alterum lapidem à Bononia distat. Postea ad profu-  
 dum accersitus, ætatis anno 15. Pisas venit. Relictis  
 inde Pisis, Perusium contendit, ibique reliquam ætatem pro-  
 ficiendo transegit. Ad pondus comedisse dicitur Bartolus,  
 ut intellectu magis vigeret. Quinquennium integrum in re-  
 per. l. de ætate, si de minoribus, consumpsisse dicitur. Diplo-  
 matum eum labili fuisse memoria asserit, adeo ut si leges in  
 commentando in promptu non haberet, Franciscum Ti-  
 guri Pisanum (qui eodem tempore Perusii legebat, & ei  
 amicitia junctus erat) consuliret, qui ei leges suppedita-  
 ret. Id in Bartolo reprehendendum, quòd veterum dicta,  
 suppressis eorum nominibus, pro suis vendidit, præcipuè  
 Nicolai de Maurellis Morinensis. Hebraicarum quo-  
 que litterarum & Mathematum peritus fuit Bartolus. In  
 universum Jus civile scripsit, sano judicio & animo.  
 Ejus eruditionem omnes superexer, ipse quoque Rom. Imp.  
 Carolus IV. qui familiam ejus splendidè insignibus,  
 & aliis privilegiis donavit. Filiam unicam locavit Nico-  
 lao Alexandro Jurecoss. Obiit Perusii anno ætatis 49. Do-  
 mini verò 1357.

**ALBERTIVS** Rosates, Bergomensis, Bartoli æqualis,  
 cujus com. aliquoties meminim. Fuit magnus practicus,  
 teste Jafone, cui plus quàm alteri Doctori tribuunt ad-  
 vocati Mediolanensis. Reliquit com. in Digesta & Codicem,  
*Theat. vite Human. Tom. IV.*

item volumen unum Statutorum, & Dictionarium Juris B  
 Floruit ann. 1355.

**BALDUS** Perusinus, filius Petri de Ubaldis, medici nobilis  
 Perusini, & frater Angeli & Petri Jurecoss. maximorum. Ex  
 Baldo mox Zenobius & Franciscus Jurecoss. ex Angelo Alexan-  
 der & Angelus minorex Petro verò Mattheus, Petrus & Baldus  
 nepotes provenere. Ex Baldo nepote rursus Nicolaus, Mat-  
 theus & Sigismundus pronepotes, Jurecoss. clarissimi eva-  
 sere. Baldus autem (de quo nunc) audivit adolescentulus  
 Joannem Poglatensem, & Franciscum Triginum Pisanum,  
 & Bartolum. Anno ætatis 17. publicè reperit, l. Centum  
 Caput, si. de eo quod certo loco. Post absolutum studiorum  
 cursu, & doctoratus insignibus ornatus, Bononiam studiorum  
 causa profectus, ann. 1344. publicè etiam disputavit ibidem  
 Bartolo per quinque horas integras, & victor abiit. Qui-  
 dam ajunt, Baldum multos codices corrupisse, & ob id fu-  
 stigatum, patriamque relinquere coactum, Ingrata patria,  
 ne ossa quidem mea habeatis, dixisse. Eruditionem in eo,  
 nemo, constantiam multi desiderant, quòd sibi ipsi multis in  
 locis pugnantia scribat. Juri tam civilis, quàm canonici  
 peritissimus fuit. Accersitus est tandem à Jo. Galeatio Me-  
 diolani duce Papiam: ubi diu professus usque ad extremam  
 senectutem, multa scripsit, mortuus anno 1400. 28. April.  
 & Papiæ in templo S. Francisci habitu Franciscano sepultus.  
 Filios duos habuit Zenobium, qui doctor & eques fuit, &  
 Franciscum J. U. D.

**ANGELVS** de Ubaldis Perusinus, iisdem præceptoribus, quibus  
 & Baldus frater, Jus civile didicit. Anno ætatis 23. doctor-  
 atus insignia sumpit, & publicè profiteri cepit. Joannes  
 Pyrrhus hunc inter Triumviro Jurisprudentiæ cum Bartolo  
 & Paulo Castrense nominavit. Moritur Florentiæ, post do-  
 ctissima scripta, eodem anno quo Baldus frater, relicto filio  
 Alexandro legum professore: ex quo Angelus secundus factus  
 est, qui Patavii diu professus est, & tandem à Sixto Pontifice  
 Romam vocatus, in Advocatorum consistorio Pontificalis nu-  
 merum adiecit fuit.

**PETRVS** de Ubaldis, tertius frater, utriusque Juris doctor,  
 studiosior tamen canonici, pater fuit Matthæi Ubaldi equitis  
 & in omni sententiarum genere instructissimus. Ex quo duo fi-  
 lii, Petrus U. J. D. ac professor, & Baldus inter patriæ pro-  
 ces non postremus. Baldus hic fratris sui Petri felicitatem con-  
 fecutus, tres filios summos viros vidit: Nicolaum Rotæ au-  
 ditorem, Matthæum publicum Perusii legum professorem, &  
 Sigismundum.

**BARTHOLOMÆVS** de Saliceto, Bononiensis, coarctatus  
 prædictis, Professus est 4. annis Patavii. Orto dein-  
 de schismate inter duos Pontifices, in patriam rediit, an-  
 no 1482. ubi commentarios in Codicem edidit. Auctor  
 fuisse dicitur Alberto Estensi Ferrarise Marchioni, ut à  
 Bonifacio Pont. privilegium Academia Ferrarise consti-  
 tuendæ impetraret. Moritur Bononiæ senex, apud S. Domi-  
 nicum sepultus.

**PETRVS** de Ancharano, Bononiensis, auditor Baldi, floruit  
 ætate Saliceti. Moritur Bononiæ, apud S. Dominicum sepultus.  
 Multa in V. I. scripsit.

**ANTONIUS** de Butrio, Bononiensis, æqualis Ancharani,  
 valde doctus, atque sanctæ vitæ. In Jure utroque scripsit. Moritur  
 anno mcccclviii. Nonis Octobris Bononiæ, apud D. Mi-  
 chaëlem in monte sepultus.

**CHRISTOPHORVS** de Castilano, Mediolanensis, eodem tem-  
 pore claruit, subtilitatum princeps, ut Jafon inquit. Itaque  
 fretus ingenio, ut apud veteres Antistitum Labeo, multa innove-  
 rare voluit. Quem motem discipuli ejus, Raphael Fulgosis  
 Placentinus, & alter Raphael Comensis auerant: clamerunt  
 quæ Panavii anno mcccclxx. In templo D. Antonii sepultus est.  
*Fulgosis.*

**JOANNES** de Imola, æqualis horum, præceptor Alex-  
 andri Imolensis, multa scripsit. Obiit anno 1435. 18. Fe-  
 bruarii.

**PAULVS** de Castro, Imolensis æqualis, professus est Flo-  
 rentiæ, Bononiæ & Patavii, ubi mortuus est anno 1437. pau-  
 lò post Imolensem: sepultus in templo Servorum Patavii. Mul-  
 ta scripsit.

**NICOLAUS** Siculus, Abbas primum Monastensis, inde Ar-  
 chiepiscopus Panormitanus fuit, doctus & eloquens, Concilio  
 Basiliensi interfuit. Docuit anno mcccclxx. Jus Canonicum  
 Senis. Multa in eodem scripsit: mortuus non multo post,  
 quàm ex Concilio rediit.

**LUDOVICVS** Pontanus, Spoletinus, & quia Romæ commo-  
 rabatur, Romanus dicitur, Joannis Petrucii Jureconsulti &  
 Bbb 2 Joan.

A Joan. de Imola professorum Periti auditor, Senis professus est, mox Romam commigravit: Cum Panormitano ad Concilium Basiliense profectus, vix xxx. annis annu egressus, pestifero morbo obiit, cum 36. horis tantum agrotasset. Summa memoria praeclara fuit. Sepultus est Basileae apud Carthusianos, ann. 1439. Reliquit doctissima ingenii monumenta.

JOANNES de Anania, Bononiensis, ibidem Archidiaconus & Canonici juris professor, vir optimus, & Andreae Siculi praeceptor. Obiit anno mdcclv.

JACOBUS Alvarotus Patavinus, aequalis ejus Bartholomaei Saliceti in jure Civili, in Canonico Francisci Zabarella (qui Cardinalis postea fuit) discipulus: sexdecim annis professus est, triginta annis in collegio Jurecosi. Patavinorum fuit. Mortuus anno mccccliii. aetatis suae lxxix. Sepultus est in templo D. Antonii.

BARTHOLOMÆUS Constabilis, Jureconsultus Ferrariensis jam senex contra Alfonso Atestinum Ferrariae duce conjurat. At detecta prodicione, quod per muros in aedes suas moribus contiguos hostes Pontificios recepturus esset, capite in medio foro plexus fuit. *Jovius in Alfonso Atestino.*

PHILIPPUS Corneus Perusinus, 12. aetatis anno ad Jus accessit, sub Joanne Petro profectore Perusino: cujus postea filium duxit, & ex ea tres mares, totidemque femellas suscepit. Primò Perusii, deinde Ferrariae professus est. Revocatus tamen Perusium literis Sixti Pontif. turbata Rep. Perusinorum ad Pisanos vocatus est: sed mox à Pontif. revocatus. In confilendo & patrocinando eximius fuit. Professus est annis 50. Reliquit comment. in Cod. & Consilia. Moritur aetatis anno 77. Christi verò 1462. superstitibus uxore & liberis.

ALEXANDER de Targanis, Imolenfis, discipulus Joann. de Imola & Jo. de Agranis, 21. aetatis anno Doctor creatus. Patavii professus, collegam habuit Bartholomaeum Cepollam Veronensem, & praecedendi causa acrem cum eo habuit contentionem, cum, quamvis senior, doctrina sua fretus, cedere nollet. Summa docendi gratia Perusii quoque, & tandem Bononiae professus est. Docuit annis 30. Obiit anno 1477. aetatis 53. relictis tribus filiis, quorum natu major Antonius V. l. doctor fuit. Sepultus est Bononiae ad D. Dominicum.

FELINUS ex nobili Sanderorum familia Ferrariae natus, in patria & Pisis diu professus est. Ejus fama motus Innoc. VIII. Rotae auditorem constituit. Multa doctissima scripserat.

JOANNES Maria Riminaldus, Ferrariensis, Alex. Inolae discipulus, in patria docuit. Moritur anno 1496. aetatis lxxii. Apud D. Franciscum sepelitur.

JASON de Mayo Mediolanensis, Catonis Sacci Papienfis discipulus, Patavii diu professus est. Papiam inde à Ludovico Sfortia revocatus, & ab eo inter ducales Senatores relatus, ad sinem usque vitae 20. amplius annis praegit. In Italia cum Carolo Ruino & Decio sua aetate Jureconsultorum principes fuit. Moritur anno 1519. mense Aprilis. Sepelitur apud S. Paulum extra urbem Papiae.

PHILIPPUS Decius Mediolanensis, annis circiter 65. publice in celeberrimis Italiae gymnasiis docuit. Exul postmodum Lugdunum à Senensibus revocatus, Senis obiit anno 1535. 12. Octobris. Corpus Pisis relatum, & in Campo sancto sepultum. Plurima scripsit.

MARUS Salamonijs Albertinus, eques Rom. auditor Baptista Caccialupi, Praeses Campaniae primò fuit: deinde Romam revertens, jura professus est, & advocatus Pontificalis consistorii factus. Sub Clemente VIII. obiit.

D Anno mxxvii. ejectione Mediceis, Florentini ad libertatem aspirabant. Dux juvenum erat Balthasar Carduccijs I. C. qui Patavii olim jus civile professus fuerat, à crudelitate Scimitaræ (ea vox barbaricum gladium immanem significat) dictus, Cui favebat Galeottus Junius, & ipse Jureconsultus, indomita feritatis & pertinaciae. *Jovius lib. 25. hist.*

ALEXANDER ab Alexandro Neapolitanus, qui Pontiani aetate vixit, & Genialium dierum libros sex doctiss. scripsit, professione fuit Jureconsultus, in qua eo usque progressus est, ut & in agro Neapolitano, & Romae causas saepe defenderenti & aedes ejusdem umbratamque illusionibus infames se aliquando incoluisse scribit, ac in agro Vaticano praediorum habuisse. Tandem ubi in iudicis gratia & corruptionibus omnia transigi videtur, patronique contra vim potentiorum nihil amplius praestitit: relicto foro, & causarum actionibus, in mitioribus studiis aetatem consumpsit: fatuus esse ducens, ut ipse de se inquit, modico civili cultu contentum vivere, quam bona animi turpi quaestu pessimo exemplo sedare.

ANDREAS Alciatus Mediolanensis I. C. maximus eorum qui nostro tempore clauerunt, praecipuumque juris lumen, & in-

ter omnes, qui recentissime pullulant, literarum meliorum proceres, ac iudicio & eruditione insignis, suis laboribus, industria diligentiaque, aut amissa jam recuperavit, aut etiam scriptis suis ad jurisprudentiam multa adiecit, suorumque laborum praecura monumenta posteris reliquit. Obiit anno 1550. mense Martio, Papiae. *Gilb. Cong. lib. 6. Narrat.*

HISPANORUM.

\* Martinus ab Aspilcueta Doctor Navarrus, vir eruditissimus, & omnium suae aetatis Theologorum jureconsultissimus, & Jureconsultorum maximus Theologus. Cujus doctissimae lucubrations hodie Ecclesiam mirifice illustrant, ad quae centum oracula recurrunt docti pariter & indocti. Opera ipsius, quae lucem adspiciunt, tribus voluminibus comprehenduntur: atque in iis primas obtinent Manuale, Responso, & Consilia, quae de rebus difficillimis dedit ad communem Reipublicae utilitatem: mortuus est plenus dierum & meritorum.

\* Didacus Covarruvias à Leyva, singulari Hispaniae ornatum, cum ob singulari iudicium, tum Juris utriusque, quod scriptis aeterna memoria dignis illustravit, tractatione. Natus fuit Toleti Capetanorum, ac per eruditionis omnigenae gradus, ad culmen summæ eruditionis ascendit, missus à Rege Catholico ad Synodum Tridentinam, & inde reverens, Roderici Episcopi novitici, & Senatus Regii ex Antecessore Praeses dein constituitur, omnes Monarchiae Hispanae Principes, prudentia & comitate sibi devinxit. Obiit autem Madridi 27. Sext. Anno 1577. qui aetatis fuerat 66. *Ex Bibliotheca Hispan. Andreae Schotti.* Scripsit variarum resolutionum absolutissimum opus, in quo viri clarissimi ingenium, eruditio, rerumque usus mirifice elucet.

GALLORUM, BRITANNORUM,

SCOTORUM.

DORNADILLA, Scotorum rex, varios suppliciorum modos variorum flagitiorum, in tabulis redactos, leges appellavit. Has viri unius commisit custodie: hunc dixit juris interpretem: ut occurrenti delicto debentur ex tabulis supplicium & reo & judici ostenderet, Judicemque populum in emendandis erroribus dignoscere ab aequo minime digressum. Neque ea aetate magistratus ob quovis flagitium, nisi prius ostensis tabulis populo, ac publice in actione prolececti, quemquam vel nocentissimum supplicio damnavit. Inolevit tantum ea iudicandi ratio apud posteros, ut fontes crimine damnati, penam ex tabulis errori debitam, quamlibet atrocem, libenter subirent: quae verò tabulis non esset exarata, vel levissimam veluti injuste illatam querebantur. Manifeste dehinc ius iudicandi motus Hebridarum insularum incolis, neque quovis modo potuit abrogari. Habent enim legum interpretes (Juridicos viros appellat vulgus quorum sine decreto ex tabulis sumpto, viros rectum habent iudicium. *Heb. Boet. lib. 2.*

Ivo sive Ivo, Britannus, sub Philippo Pulcro Gallorum rege, ann. Sal. 1285. Lutetiam primùm, deinde Aureliam Juris civilis causa mittitur. In patriam revertens, propter eruditionem & vitae sanctimoniam ab Episcopo Trecentensi accersitur, causis audiendis praefectus est, quem Officium vulgò vocant. In hac praefectura tam sanctè se gessit, ut cum 50. etiam annis vita sanctus esset, à Pontifice inter Divos sit relatus, & ejus festus dies vi. Cal. Septemb. celebrari iussus, cui titulum fecit Panormi. Ivo Episcopus Carnotensis, ex volumine Isidori de decretis Apostolicis, Compendium excerptis: quod capitulis distinctum, sententias Patrum alicubi auxit, cui titulum fecit Panormiam, quo libro Jureconsulti usque ad tempora Gratiani sunt usi. *Sigebertus, T ribemius, Erfordiensis.*

\* Petrus Rebuffus à monte Pessilano, Jurium Doctor, & Professor Parisiis, ac ibidem in supremo Senatu Caesarum patrovis. Scripsit praecipua beneficiorum, additiones ad Regulas Cancellariae, quos eruditum, & utile.

GULIELMUS Budeus, Parisiis natus & educatus, omnis literaturae & linguarum solida cognitione celebratissimus. Jurisprudentiae etiam laude non inferior, Regius Senator, & libellorum supplicum Magister constituitur, egregia in ea facultate sui ingenii monumenta reliquit: decessit autem anno salutis, md. xl. annos aetatis habens lxxiii. tumulatus absque omni pompa, ita testamentum caverat. In quam rem Salmonius ita lufit:

A *Budeus media voluit de nocte sepulchro inferri, & nullas profus adesse faces. Haud factum ratione caret: clarissima quando ipse sibi Lampas, Luxque coruscata fuit.*

GERMANORUM.

JOANNES Seneca Teutonius, insignis juris doctor (qui Hercules audacia primus aggressus est gloriare Decretum, quod ante eum nemo, & post eum excellentissimus nullus facere potuit) praepositus sancti Stephani Halberladiensis: Clementi IV. Summo Pontifici, tunc per Germaniam & Galliam decimas à cleto in redemptionem Terrae sanctae exigenti, seopposit. *Cranz. lib. 8. Saxoniae cap. 27.*

CONRADUS Zasius Constantiensis, civis locuples, Contractum F. dignis finitiae manus carentem, matrimonio ineptum fore iudicans, bonis omnibus in pios usus distribuit, filio quantum ad vitæ sumptus frugales quotannis factis esset, reliquit. At quia Germaniae Jureconsultus debebat, qui eruditione veteribus, auctoritate recentioribus confertur posset, jam quadragenarius à Plorea familia uxore duxit. Suscepit praeter Contractum minorem, cum, Holdricum Zasium, qui variis tractatibus primorum studiorum agitur, Prototonarius primùm facer, mox Archigrammateus Reip. Constantiensis factus est. Principum aulis spectis, Fruburgi profectio consentit. Obiit anno aetatis 74. Christi 1535. 8. Cal. Decemb. in cathedrali templo sepultus. Ex secunda uxore, quam sexagenario major duxit, sex liberos suscepit, primum certè ut ordine, sic dignitate, primum Joan. Holdricum, qui paterno otio alicua negotia, suum securus genium, praefertens, in summa Ferdinandi & Maximilian Imp. gratia, verum id esse re ipsa offendit, quod Principibus placuisse viris, non ultima laus est. *Ficardus, & Barr. Hannoveral.*

GEORGIVS Seldus trium Imp. Caroli V. Ferdinandi I. Maximilian. II. Consularius & Procanclarius, juris civilis peritissimus in Senatum, quæm xxvi. Maii anno 1565. Caesar Eberhardus habuit, evocatus esset, & vesperi domum properaret, concitatus nescio quo errore equisè curru exiens, ita graviter lesus est, ut eadem hora expiravit. Jo. Holdricus Zasius, magni Zafii F. eodem curru vectus, periculosè quidem & ipse accidit, sed Dei beneficio servatus, ut haberet Resp. cajuus successione, Seldi viri opt. & doctiss. desiderium leniretur. Hæc Jo. Crato, medicus Caesareus: cujus etiam tale circumferunt in eundem epigramma:

*Selæ tuo casa occidit Respublica. Teum Ne faceat tumulo morte perempta precor.*

JO. BAPTISTA Vverberus, Vvemberge dominus, apud Italos, ut ingeniorum exactissim censoribus, sic Ultramontanorum alioqui parca laudatoribus, ea & ingenii, & iudicii, & memorie, juvenis etiamnum, specimina dedit, ut nihil ex iis, quæ in perfecto requiruntur, Jurecosi. et deesse prædicarent. Testis hujus rei complerissimus Joannes Crato, Uratislaviensis, medicus Caesareus: qui pari animo, in studio licet dispare currentem, tanta felicitate consecutus est, ut uterque summum suæ professionis locum sub Ferdinando, & Maximiliano II. Imperatoribus obtinuerit. Vverbero certè, ut id quod jam tertio ab Archiviis est Imperatoris, quodque epistolis Latinis & Germanis singulari præsert dexteritate & elegancia, taceam (sunt enim hæc usus & exercitationis potius, quam prudentiæ & eruditionis testimonia) hoc habuit eximium, quod non modò in intimo Senatu, quem vocant, summis consiliis, verum etiam in publicis consultationibus, quæ in Imperii senatum Allicum dictum veniunt, per multos jam annos non interfuit solum, ut multi alii, sed quod raris mento suo, paucis principaliter contigit gratia, etiam præfuit.

Eruditos sæculi nostri Jurecosi. Germanos, Gallos, Italos, Hispanos, quis enumeret: Olim fortassis orietur, cui hæc curæ erant, Cæterum uti Homerus Ulysses convivijs regis, sic nos claris Jurecosi, colophonis loco adiciamus Fr. Hotomanum Parisiensem, utriusque Jurisprudentis (nam, ut Plato Medicinam, sic nos legum scientiam duplicem constituere posse videmus) iura interpretantem: alteram servilem, barbaris hominibus & natura servis dignam, auctoritati Imp. in legum excolatione observatione, & Glossatorum opinioibus in eorumdem accommodatione inhaerentem) quod scripta illius luculenter testantur, peritissimum, eruditione veteribus conferendum, integritate & pietate, tot jam annorum spontaneo exilio, cum Christo quam hominibus servire mavult, contestata, non præsens illis, sed perique nostri sæculi Jurecosi. praefertendum. *Quædam quibus hæc hæc & dicitur. L. B. Theat. vite Human. Tom. IV.*

\* Simon etiam Pistorius Lipsiæ natus an. 1489. ex professo. E ra ordinario Codicis, perpetuus Saxonie Ducum Cancellarius, maximis honoribus perfunctus fuit: obiit septuagenario majori. \* Neque defuerunt Belgis illustria Jurisconsultorum ingenia, ut quale enituit in Balthazare Ayala Antverpiano, ut testantur eruditi illius libri de Jure, officiis bellicis, ac militari disciplina. Quippe in exercitu Alexandri Farnesii, laudatiff. Belgarum moderatoris, supremus Jux primùm, dein in suprema Mechliniensi Curia Senator suo velut jure renuntiatus: obiit in flore aetatis, annum agens 36. Alostii in Flandria, anno 1581.

\* Boetius quoque Epo Frisius egregiam laudem meruit solida Juris cognitione, quam Lutetiae & Lovanii magno auditorum commodo tradidit. Deinde Lovanio ad Academiam Duacenam, novis Catholicis Regis auspicijs erectam, missus, septem & xxx. annos continuò è superiori loco Jurisprudentiam est interpretatus: pervenit ad annum lxxx. eoque expleto, meliorem vitam abiit anno mdcxix. humile hoc Epitaphium in templo Societ. Jesu consecutus:

*Boetii corpus quisquis hic Epomis: Animam respice à Jesu benigniter.*

\* Viglius Zuichemus etiam Frisius, vir hic sibi locum vendicat, ut qui virtutis & eruditionis merito, Juris quoque Patavii in Italia prælegit, scientia exquisita ornatus, & editis in eo monumentis clarus, aurei velleris Cancellarius, ac supremus Intimi Consilii sub Carolo V. Imp. & Philippo II. Rege Praeses exiit. Deinde Ecclesiae Gandavenis primus Praepositus insulatus, in eodè tumuli honore decoratus. Obiit an. m. d. lxxvii. qui aetatis erat lxx. *Ex Elegijs Belgicis Aubert. Mirai.*

Petro Peccio Zirciano, & Joanne Vvameio, Academia Lovanienfis in Caesareis, Sacrique Juris cognitione & professione, nihil doctius, magisque solidum habuit. Scripta elaborata etiamnum in manibus omnium sunt, quæ fidem faciunt. Discessit hic quidem anno m. d. x. ille verò Senator Mechliniae creatus, anno m. d. lxxxix. relicto superstitè filio, ut nominis, sic & dignitatis in eodem Senatu, nisi quod ex illo, virtutis merito, Brabantiae Cancellarius fuerit nuper renuntiatus, hæredè. *Ibidem.*

Judocus Damhouderus, nobili apud Brugenses prosapia ortus, multum in illustranda praxi, quæ finis est Juris civilis, laboravit, demonstrato Rerum criminalium Civiliumque usu libris ætatis typis ac memoria dignis. Ejus integritatem & fidem Carolus V. Caes. ad intima ius consilia, gazaque adhibuit: mortuus est Antverpiæ annos natus lxxiv. reparata verò salutis, anno d. lxxxii. *Ibidem.*

Etiam Consilia, & Topica Legalia Nicolai Evertardi Middeburgensis, auctorem catalogo illustrium Jurisconsultorum adhibendum persuadent. Quippe eruditionis fama, Bataviae Praeses, ac tandem Mechliniae consularius & itidem Praeses à Carolo V. renuntiatus, ibidem obiit anno m. d. xxii.

Neque minorem gloriam apud posteros meruere Joachimus Hopperus Frisius, & Franciscus Baldouinus Audebas, quorum, uti & aliorum doctrinam, functiones cum laude obitas, scripto compendio complexus fuit *Aub. Miraeus in Eleg.*

QUALES. VEL DOCTI.

*Ex precedenti Catalogo petantur exempla.*

INDOCTI, IMPERITI.

C. Poetius Jurisperitus videri volebat, cum indoctus esset, & stupidus. Cretus igitur in controversia quadam testis, respondit, Se nihil scire. Tum Cicero: P. Putas fortassis de jure interrogari *Plut. in Rom. Apoph. Alii* tamen hoc P. Cong. hæc responsum è Cicerone putant.

Saturnium quempiam *Vlpianus l. 1. de Sumar.* notat, tantquam nusquam relatæ nec receptæ sententiæ auctorem. Unde *Bald. lib. 1. C. de sacrosanti. Ecol.* eos qui opinionibus abstrudis consecretantur, Saturninos appellat.

In Margum quandam sic ludit *Henr. Stephanus.* *Quod voco te juris doctorem utriusque, superbis: At de sonbilibus juribus ipse loquor.* Et iterum de eodem mutatis numeris: *Quod juris utriusque te vocaverim Peritum, honorem ne tibi dari puta, Unde insolentas atque sumas cornua. Peritorem censo meam coquam, Et juscolorum & plurimorum jurium, Sine illa sive carnium seu piscium, Vorare in tantum, illa & apparare scit.*

A JURISPRUDENTIÆ DISCIPULI.

Papinianus olim dicebantur, qui biennium in legum studio versati, tertium etiam adjungebant. Lytae vero, qui triennium in legum studio versati, quartum etiam adjungebant: quasi *Lytae*, id est, solubiles, à certa ille & præscripta studiorum ratione solvendi, & legendi libertate, ac licentia donandi, quasque missionem à magistrorum suorum scholis impetraturi; nam cum ad finem libri Pandectarum trigesimali sexu pervenit, ut postremus anni quartus liber erat, statuit Imperator, ut reliquos quatuordecim libros studiosi per se domi legent, neque ex præceptoribus interpretantibus eos audirent. Denique Prolytae, qui quatuor annorum spatio in legum studiis decurso, quintum & postremum adjiciebant. Helychius *apud* interpretatur, *παρρησιάζων*, *παρρησιάζων*: ut ille sit, qui ab illa præscripta & præfinita studiorum lege iuncti soluti, & tanquam emeritis stipendiis, honestam à magistrorum scholis missionem impetrarunt: unde hodie quoque Licentiatii appellantur. *Hottomanus de Verbis juris.*

Olim Jurisprudenciae Studiosi primo anno dicebantur Dupondi, frivolo ridiculo cognomine, quasi tu dicas, Diobolares: quarto anno Lytae, quinto Prolytae. *Celsus l. 4. c. 7. Antiqu. Legit.*

B JURIS COGNITIO, INTERPRETATIO.

APTA, RECTA.

Ex Tit. Jurisconsultorum hinc quadam aptari poterunt.

INEPTA, FALSA, PERVERSIO JURIS.

De Jureconsultis improbis sub Valente Imp. sic scribit *Marcianus lib. 30.* Juris professi scientiam, qua repugnantium sibi legum abolere dissidia, velut vinculis ori impositis, renite jugi silentio, unbratum sunt similes propriarum: hi, velut fata natalitia præmonstrantes, aut Sibyllæ oraculorum interpretes, vultus gravitate ad habitum composita tristiores, ipsum quoque venditant, quod occultantur: hi, ut altius videantur jura callere, Trebatium loquuntur & Celsium & Alfenum & Auroncorum Sicanorumque jamdiu leges ignotas, cum Evandri matre abhinc seculis obtutas multas: & si voluntate matrem tuam finxeris occidisse, multas tibi suffragantes abolitionem lectiones occiditas pollicentur, si te numquam fenerint.

Cum Conradus, Conradi IV. Rom. & Siciliae regis F. per insidias à Carolo, Andegaventi Comite, qui tum Siciliae regnum ex donatione Clementis IV. Pp. obtinebat, captus esset: & præter Pontificem, etiam Jureconsultos suos interrogaret Carolus, quid de Conradino sibi statuum foret: illi sententiam D. Augustini in Decretorum codice positam, Quod ubi dicitur obligatus, ut sit misericors erga victum, præsertim ubi non est suspicio, pacem inde turbari, perperam interpretati sunt. Nam Hugolinus, Decreti commentator, voculam Præsertim per Solummodo interpretatus est: quasi dicat Augustinus: Non debere ignoscere hostibus, nisi iis à quibus nulla suspicio sit insidarum. Et hac interpretatione subnixus Carolus sententiam capitalem adversus Conradinum tulit. *Collenneus lib. 4. Hist. regni Neapol.*

Venetus quidam Judex, cum ab advocato sæptus Clementinae & Novellæ mentionem fieri audivisset, eaque metricum nomina, testimonii loco, adduci suspicaretur: Atqui in hoc foro, inquit, vix honestis matronis, nedum impudicis scortis, testimonii dictio permittitur. *Poggins.*

NULLA IGNORANTIA JURIS.

Nero Imp. cum S. C. legisset, se hostem à Senatu judicatum & quærit, ut puniatur morte majorum interrogavit, quod esset id genus pœnae; & cum compesisset, nudis hominis cervicem inseri fuscæ, corpus virgini ad necem cædi, conterritus, duos pugnones, quos secum extulerat, arripuit. *Svet.*

Jus gentium *Pete ex loco de Legibus, peculiari Titulo.*

JURECONSULTORUM CERTAMINA.

Cassiani, Sabotiani, Proculiani, dicti sunt, quod Cassii, Sabini, & Proculi sectam institutionemque secuti sunt: de quibus *quæ Pomponius scribit in lib. 2. ff. de orig. ad summam, hæc sunt.* Fuit Q. Tubero publici privatique juris doctissimus: ejus duo fuerunt discipuli, Atejus Capito, & Antistius Labeo: quorum alter magistri præceptis adherens, alter ingenui fiducia pleuraque innovans, dissidium quoddam in juris civilis disciplinam invexerunt. Nam quam Atejo Massurus Sabinus, Labeoni Nervæ pater successisset, acceptam à magistris discordiam vehementer auxerunt. Quam postea eorum discipuli, Sabini quidem Cassius, Nervæ autem Proculus, eâ perduxerunt, ut duæ jam tum familiae contrarie ex eorum nominibus appellatae, ac propagatae sint. Nam qui Cassium sequebantur, Cassiani, qui

Proculum, Proculiani dici cœpere. Post secuti sunt Cassium & quidem Cassius Sabinus, Proculum vero Pegasus, unde Sabotianorum & Pegasusiorum nomina. Quorum discipulis ab præceptionibus contrariis imbuti postea Jureconsulti, Javolenus, Neratius, Julianus, & ceteri, quorum ex scriptis compositi sunt iij, quibus nunc vivunt Pandectarum libri, mirificas connotationes (ut Justinianus testatur) in hanc legum disciplinam importarunt. *Hottoman. de verbis juris.*

Questio est diutissime à Jureconsultis agitata, nondum tamen definita: Utrum scilicet magistratus habeat merum imperium, an, solus proprius proprium sit, Quam quidem ad questionem definiendam, cum Henricus VII. Imp. arbiter Bononiæ esset electus inter Lotharium & Azonem; qui sponte facta, judicavit, merum imperium solus principis esse. Ex quo Lotharius equum, Azo equum tulisse dicitur. Ceteri quotquot scribere, præter Alciatum, Azonis sententiam virorem esse judicant. Lotharius uturpavit Papiniani regulam de officio ejus, cui mandata est jurisdicção, qua magistratus publici iudicij exercitum habere dicitur, nec mandare posse, ac sæpius executores, & administratores in jure appellari; quibus verbis Accursius ipse jus principis, exercitum alii competere scribit; quod in facto consistit. Azo verba legis interpretatus est ad jus ipsum necessario pertinere, quibus prætor dicitur pro suo imperio quid facere: aut præsidem maximum imperium post principem habere: tum etiam præfectum Ægypti imperium quod illi datum est deponere.

Bulgarius & Martinus de Imp. potestate dicebantur. Alter Regem legi, alter Legem regi subijci putabat. Illum Fredericus Barbarossa ut Jurecoff. potestate unius legis, quam vellet, condenda ornavit: hunc ut adulatorem galero purpureo & equo candido donavit. *Auctor Novellarum Antiqu. novel. 24.*

BAR TOLUS & Baldus Jurecoff. ea inter se contentione decertant, ut Baldus corruptorum juris Codicum crimen à quibusdam imporetur. Id quod Joan. Fichardus in vitis Jurecoff. annotat, Certaminis summam hanc esse dicit Basilius Amerb. l. C. clariss. Si creditor pactus sit, nec liceat debitori pignus vendere, & hic vendiderit, queritur an valida sit venditio. Negat Bartolus, motus l. si redidit, §. fin. de distr. pignor. E contra Baldus valere putat, eodem §. motu, quem diverso modo à Bartolo legit. Verba §. sunt hæc: Queritur, si pactum sit à creditore, nec liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, quod iuris sit: & an pacto nulla sit talis, quasi contra jus sit posita, idcoque venire possit: Et certum est, nullam esse Venditionem (sic legit Bartolus: Baldus vero Conventionem) ut pactio sit. Bartoli lecturam, ut Venditionem legamus, comprobant Pandectæ Florentinae (quæ olim Pisane fuerunt) nullam esse venditionem scilicet pignoris, ut pactio à creditore apponitur stetur. Baldus autem nullam esse Conventionem (inter creditorem sc. & debitorem de pignore non alienando) ut pactio, id est venditio stetur. Baldus ergo, si corrupti exemplaria, pro verbo Venditionem substituit Conventionem. Certaminis meminit *Bartol. d. §. fin.*

JURISPRUDENTIÆ STUDIUM ET AMOR RESPECTU ARTIS, nempe

Libros edendo, publicando.

C. JULIUS Cæsar, rerum potius, sibi proposuit jus Civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quoque & necessaria in paucissimos conferre libros: bibliothecas Græcæ & Latinas, quas maximas possit, publicate, data M. Vatroni cura comparandatum, ac dirigendam. *Svet.*

VESPASIANUS Imp. instrumentum Imperii verustissimum confecti, quo continebantur penè ab exordio urbis Senatûs consulta, publicata de societate & fœdere, ac privilegia cuiusque concessa. *Svet.*

Anno Sal. 506. Alaricus, qui in Gallia diu cum magna iustitie laude Visigothorum pace rexit, Theodosii Imperatoris Codicem, qui extat, in compendium relatum edidit. *Signinus lib. 16. Imp. occid.*

JUSTINIANUS Imp. sub Imperii initia an. 528. domi quietus, ac profusus in studia pacis inentus, opus longe bellicis laudibus omnibus proponendum instituit. Animo namque ad vetus jus civile emendandum, supplendum, & componendum adjecto, juris peritos illa ætate ingenio maxime doctrinamque præstantes adhibuit, ex nobilissimis Beryti & Cæsareæ gymnasiis evocatos: eique consilio suo communicato, præcepti, ut novum Juris Codicem, decreta Augustorum principum con-

A plebentem, Theodosii Augusti imitatione concenserent. Et seq. anno Codicem juris, antecessorum solertia concinatum, felicissimè sub suo nomine edidit, atque ex eo in posterum jus dici præcepit. Edito Codice ad formanda vice restituta litem causarumque judicium non contentus, nobiles iterum jurisconsultos atque antecessores accivit, ac voluntate sua exposita, negotium alterum eis dedit, ut insignia veterum jurisperitorum decreta ex immensis eorum voluminibus scernerent, eaque ordine ad intelligendum, & utendum accommodato digererent. Quod illi, collatis in unum veteribus omnium de jure commentariis, magna cum cura atque industria præstiterunt: atque Institutiones juris, & Digesta legum, quæ hunc quoque tenentur manibus, consecrunt, immortalem apud posteros studuerunt, in miras obcuritatis angustias incidissent, ac dispositionum & litem, quas tollere voluerunt, interdum materiam præbuerunt. Biennium jurisconsulti Juris Institutiones & Digesta legum consecrunt, quibus operibus nihil aut ad usum populorum uberius, aut ad gloriam Imperatoris esse magnificentius, Justinianus arbitratus, tertium hunc consilium suum memorabilis horum librorum editione insignem posteris relinquere voluit: ac mense Novembri Institutiones, Decembri vero Digesta vulgavit, edicto proposito, ut hæc leges vim haberent à tertio Kal. Januariis, tertio consulari suo, qui sibi Deus concessisset, ut victoriam nobilissimam Carthagine Africaque recepta ex Vandalarum gente referret, & illas tantummodo Romanæ, Constantinopolis, Beryti, & Cæsareæ exponerentur, quibus in urbibus publica gymnasia tantum à suis prædecessoribus constituta fuissent. *Signinus lib. 7. Imperii occid.*

FREDERICUS III. Imp. librum de Usibus feudorum novum fieri iussit, in quo rubricas omnes in antiquis confusas, in pulcherram feriem miro ordine reduxit, de feudisque plenè tractavit. Id opus, Besatione Cardinale atque Angelo Retino approbatibus, Antonius de Veteri prato, Romanensis Jureconsultus, congestis, Frederico præcipiente. *Hotton. præfat. in com. Feud.*

Pete plura ex superiori §. de Jureconsultis in genere. Scripsit binos Indices scripturarum, & lacerationum, à veteribus, & recentioribus Jureconsultis edituram, in Jure tam Pontificio, quam Civili, Joannes Fichardus, usque ad annum Christi Mdxv. quo illius scripta prodierunt. *Basilea.*

Indicia instituendo. Philippus Palcher, Francorum rex, juris studiosissimus fuit. Ideoque magnificam exædificavit basilicam in insula Lutetia regis urbis, ubi iudicia sine provocatione fierent, ac velut è sinu Regis jura peterentur. *Aemilius lib. 8.*

Indicia exercendo. Vide Tit. Iudicum: item Instorum & Prudentum. Jura, Indicia corrigendo. Titus Imp. de eadem re pluribus legibus agi, edicto cavuit. *Svet.*

OMILUS Magrinus Imp. fuit in jure non incallidus, adeo ut statuerit omnia rescripta veterum principum tollere, ut jure non rescriptis ageretur: nefas dicens, leges videri Commodi & Caracalli, & hominum imperitorum voluntates, cum Trajanus nunquam libellis responderit, ne ad alias causas facta præferrentur, quæ ad gratiam composita videntur. *M. Capitolinus in Opilio.*

CONSTANS doctorum hominum monumentis est fama, Lotharium Imp. ut ex uno jure civili Romano posthac iudicia fierent, lege sanxisset. Ante hoc tempus Italici certè alii Longobardica, alii Salica, alii Romæna lege utebantur; in posterum autem omnes unum juri, unique legi, reliquis abrogatis, nempe Romanæ obtemperarunt. *Signinus lib. 11. Imp. occid.*

FREDERICUS I. Imp. subactò Mediolano, ad Roncallas conventu indicto, jura, quæ Lotharii & Conradi decessorum incuria oblitterata, atque ab Italici usurpata sunt, repetere, ac novis institutis stabilire instituit. Itaque cum Episcopi primum, deinde principes, tum consules civitatum rogati sententiam essent, omnes Archiepiscopo Mediolanensi, qui primus sententiam dixerat, se assentiri dixerunt. Ille vero improbatâ superiorum regum multorum tyrannide, & collaudata Friderici iustitia atque equitate, potestatem novi condendi juris ei tribuerat, ac voluntatem Imperatoris pro lege habendam esse censuerat. Sequentibus inde diebus operam juridicando dedit, divinum juxta pauperumque querelas audivit, omnesque controversias ex auctoritate summorum quatuor jurisperitorum,

L. B. T. heast. vita Human. Tom. IV.

qui in gymnasio Bononiensi proficiebantur, Bulgari, Martini, Jacobi, & Hugonis, iudicare coepit. Verum multitudine expostulantium, cruceque præferentium motus, in singulis dicecibus iudices constituit, non ex ipsa dicecisi, ne gratia aut odio corrumpere iudicium, sed aut ex conventu, aut ex aliis civitatibus edito: eisque summum de omnibus rebus statuentium arbitrium dedit, atque ita omnes lites brevi temporis spatio terminavit. Quibus rebus perfectis, tum de regni jure constituendo reulit, ejuisque rei cognitionem eidem Bononiensibus jurisconsultis, atque aliis ex Lombardia adjunctis, commisit. Ab his iudicatum est, Italiam Imperatori jure à Carolo Magno tradito regalia universa debere. Quo factò Archiepiscopus & consules Mediolanenses partium in civitates imperii, atque Episcopi, principes & civitates omnes regalia omnia dimiserunt. Hæc verò fuere ducatus, marchie, comitatus, consularis, monetae, telonea, fodra, portus, pedatice, molendina, piscariae omnis utilitas ex decurru fluminum proficiscens, & cetera, propriorumque capitum census. Quibus ad fiscum relatis, tantam tamen ille benignitatem adhibuit, ut quicumque prædium suum legitima regum donatione probare possent, eos in possessione relinqueret: qui fecis, spoliaret. Ex quibus ad viginti milia talenta in fisco annuo vectigali redacta. Iudicatum est etiam, in singulis urbibus prætores, consules, cateroque magistratus assensu populi per Imperatorem creati oportere, qui sacramentum ei dicerent, ac jus civium regnumque tueri scirent. *Signinus lib. 12. regni Italici.*

Disputando de jure. SIGISMUNDUS Imp. fuit felicior in toga, quam armis. Undè legum & juris disputationibus arguitoribus in primis delectabatur.

RESPECTU ARTIFICUM JURIS PROFESSORES Instituendo. LOtharii Imp. opera jus civile publicis Italici in gymnasiis majore celebrari studio ceptum: sed nullo loco, aut illustriore doctorum cum laude, aut majore studio juvenutis celebrata, cum Bononiæ. Nam primus Inerius exponere cepit, ut Odofredus memorie prodidit, primaque glorias, ut vocat, in illud scripsit; quem deinde Bulgarius, Hugo, Jacobus, Martinus, & alii sequuti, certatim illius sunt iudicium emulati. Hoc autem sensibile quoque videtur Urpergensis, & Aveninus *lib. 6. Annalium Bojarum.* cum Inerius regnante Lothario ad Pandectas interpretandas accessisse scribit: in eo tamen aperte fallis, quod Mathildis Tuscis Ducissæ rogatu id suscepisse muneris ait, quæ multò ante Lotharii Imperium è vita migravit. *Signon. lib. 11. Imp. occid. & lib. 5. reg. Ital.*

CENNETH SCOTORUM regis instituto, singulis regionibus singuli erant jurisperiti olim. Horum filii à teneris leges dicebant: legum tabulas & chartophylacia hi soli servabant. *Æl. Boethius lib. 10.*

Fovendo, familiariter utendo. Ex Tit. Jureconsultorum, exempla Principum pete, qui Jurecoff. in honore & pretio habere, supra.

DOMITIUM Ulpianum, ac Julium Paulum, præstantissimos Jureconsultos, prætorii sui præfectos Alexander Severus Imp. habuit: ipsom Ulpianum autem tantoperè veneratus est, ut sine illo majus aliquid vix decreverit: cenis etiam ac conviviis suis testem ubique adhibuit. Denique majoribus tractandis rebus, sive publicis, sive privatis, doctos semper viros adesse voluit: eos qui aberant, per epistolam consulabat. *Pontanus lib. 1. cap. ult. de Magnanimitate.*

Remunerando. Florentini, Philippum Decium Mediolanensem, Pisis jura proficentem, annuo stipendio mille quingentorum aureorum honorarunt; illum inquam Decium, qui sub prima professione suæ initia xx. aut xxx. aureis annuatim contentus esse cogebatur. Telligi ipsemet cum aliis, tum in epitaphio suo, quod Pisis in Campo sancto extat.

JASONIS Mayni Mediolanensis I. C. tanta fuit auctoritas, ut cum qui ante illum responsa edebant Jurecoff. tribus aut ad summum quatuor aureolis honorarentur, ipse primus e. & plus eo à Clientibus acceperit: siquo junioribus viam aperuit, quæ extra veterum fordes emergerent, & locuplete opulentaque penu agerent. Aut illum profectores ducentos, aut ad summum ccc. aureos à fisco percipiebant: is primus milienos à Ludovico Stortia, deinde à Francorum rege Ludovico XII. exegit: nec unquam juniore, Decius, Ruinus, Aleatus,

Bbb 4 cum

A gum numerum excessissent, nisi jam ille sic praevisset, atque principalis arari portas reserasset. Alciat. Perergon juris lib. 5. cap. 26. EMMANUEL, Lusitania rex, Judicium numerum auxit, ut omnes controversiae facilius diducari possent: ipsosque majoribus stipendiis affecte, ne inopia cogerentur, ab aequitate distcedere. Oforius lib. de rebus ejus.

Ornando. CAROLUS IV. Imp. Bartolomaeum de Saxoferrato suorum consiliarium & domesticorum numero aggregavit, ejusque potestates, siquidem legibus operam darent, jure legitimandi & veniam aetatis indulgendi, privilegio ornavit. Testis ipsemet in Extravag. Ad reprehendam. Quomodo in lege. Credo, parendo.

De auctoritate Glossatorum juris, sic scribit ad verbum Raphael Fulgositus in l. si in solutum. C. de oblig. & act. Nostis quanta sit auctoritas Glossatoris. Nonne dixit fieri Cynus, glossam timendam, propter praescriptam idololatriam per advocatos; significans, quod sicut antiqui adorabant idola pro deis, ita advocati adorant Glossatores pro Evangelistis. Volo enim potius pro me Glossatorem quam textum. Nam si allego textum, dicunt advocati divertere partis, & etiam iudices: Credis tu, quod glossa non ita viderit illum textum, sicut tu? & non ita bene intellexerit, sicut tu? Ego recordor (& istud fit pro novo) quod dum essem scholasticus, eram satis acutus: & dum semel essem multi socii in una collatione, ausus fui unum textum allegare contra sententiam Doctoris mei. Tantam audaciam habui. Dixit unus socius, Tu loqueris contra glossam, quae dicit sic. Et ego respondi, Et si glossa dicit sic, ego dico sic: ignarus auctoritatis Glossatorum. Credebam enim, quod essent speciales apostillae, sicut quae sunt in libris Grammaticae, sicut super Virgilio, vel Ovidio: sed tamen non ita est. Fuerunt enim Glossatores maximae scientiae viri & auctoritatis. Si aliud non esset, quam glossarum ordinatio, & de quibus posset dici, quod arbitror de nullo posse dici, videlicet quod totum corpus juris videretur. Magister ergo standum est eis qui videntur, quam nobis qui non vidimus.

JURISPRUDENTIAE ODIUM, CONTEMPTUS, & ARTEM, JUS, LEGEM, LIBROS

neglectus, quo ad... C. CALIGULA, quasi Jurecoff. scientiam usum omnem aboliturus, saepe jamavit, se meretricem effecturum, ne quid respondere possit praeter, Equum. Alii legunt, Eum, sed Connanus lib. 2. cap. 1. Ecceum, ut sensus sit, curatum se, ut omnia in principis auctoritatem, legibus penitus abolitis, referrentur, ut quemadmodum Pythagorae haberent suum abis lpa: sic exaudiret loco legum vocem, Ecceum, Ecce illum, principem felicitatis, cujus voluntas legis loco esset, usurparet.

GORTIUS quidam Urbis aetanus ex Italia in Boemiam venit, legum peritissimus. Hic miratus Boemos judicia nullis scriptis tractare legibus, sed ex opinione quemque sua dicere sententias, saepe inconstans inconstansque, propter juris & legum ignorantiam, Regem submonuit, ut morem judiciorum corruptum reformandum suscipere: simulque operam suam illi pollicitus est ad scribendas leges, quibus civiles, atque criminales actiones, iuste ac sine ulla varietate diducari possent. Haec Rege ad proceres referente, major numerus meliorem videri, ne quid de vetere consuetudine, in iudiciis immutaretur. D. Dubravius lib. 18.

Ridendo. AMELIUS Philolophus, Babylonia Jureconsultorum (sic codices illorum per jocum vocabat) multorum camelorum iustum onus esse posse dicebat. Eunapius in vitis Sophist.

ARTIFICIOSI, JURECONSULTOS, CAUSIDICOS, Parum amando, corripiendo, &c.

FREDERICUS III. Juris peritos mediocriter tantum colebat, quod juris aequitatem ab his saepe inverit, & justitiam foetari dicebat. Christophian.

Non admittenda, negligendo. Licit. Titii testamentum, ex quo odium ejus erga Jurecoff. liquere potest. Scievolva recenfit, in hac verba: L. Titus hoc meum testamentum scripsi sine ullo Jureperito, rationem animi mei potius secutus, quam nimiam & miseram diligentiam. Et si minus aliqua legitime minuisse perire fecero, pro jure le-

gitimo haberi debet hominis sanis voluntas. L. Quibus Titius E. finali de Legatis.

Duos quosdam cognatos de re dividenda litigantes, odio Jurecoff. avarorum reconciliatos fuisse, Pannonia lib. 1. Narrat. testatur, cum de suo quique jure cedentes, quod tabulis daturi erant honorarium, mutuae amicitiae & tranquillitati consecrarent.

Expellendo, abigendo. In Pannonia vivebant olim sine jure inter pretibus non tamen sine jure. Nam simpliciter & bona fide ex antiquis moribus, & paucis quibusdam legibus, Pannoniis illis, non Romani, res judicabant, imo dissensiones suorum civium facile componebant: & quemadmodum de Servio Sulpicio dicit Cicero, tollere controversias malebant, quam constituere.

In comitatu Beatricis, Ferdinandi regis Neapolitani filiae, quae illine fuit missa nuptum Matthiae Corvino regi, venerant Jureconsulti aliquot: qui barbarum (ut ipsi dicebant) morem, magno vultus & superciliorum fastidio aspernati, auctoritate sua facile perfererent, ut homines rudes ac simplices illorum se sapientiae concederent. Ceperunt illi formulas praescribere, quibus esset petendum, quibus responderendum acceperendum, dies legitimos notare, iudici quod aliud assignare quod diceret, ne muta effret persona. Brevis tempore, ubi nullae prius erant lites, omnia videlicet fervere lites, controversias, petitionibus, repetitionibus, exceptionibus, contempnationibus, procrastinationibus. Erat prolix fabula, nisi quod damnosissima, caetera festiva in primis, & ad ritum movendum apta, hominibus utriusque otiosis, & quibus nihil effet controversiae. Quod malum tantum & tam lubrum, quodque late invasisset plurimos, quem animadvertissent homines prudentiores, ad regem res illi delata. Qui re percongnita, Jureconsultos illos continuo regni subivit excedere, & omnia in pristinum morem revocari. Sedata est statim tempestas illa, tanquam si venti posuissent. End. Fives de causis corruptarum lib. 7.

Persequendo. QUINTILLIO Vato a Germanis caeso, victores per palades perque Sylvas Romanos victos insequabantur, hinc crudeliter insultabant, praecipue tamen caularum patronis: aliis oculis, aliis manibus amputabant. Unius os futurum, recita prius lingua, in manu tenens Barbarus: Tandem, inquit, viperam sibilare desines. Florus lib. 4. Epitomes.

JURIS UNIVERSICUM CIVILIS SIVE CAESAREI, TOM CANONICI SIVE ECCLESIASTICI

OECONOMIA: Sive Series Titulorum, & Tractatum. In qua per compendium edocetur, quid quilibet utriusque Juris volumine contineatur, ut statim ad oculum Lectori studiosius instrui valeat, in quocumque argumento, ad quem librum et sic tractandum. Ex Lucubrationsibus Martii VV. Sembetii l. D.

Cum Jus in generali sua latitudine partim sit civile, partim Canonicum, & illud quidem Justinianum Imp. hoc Pontifices & supremos Ecclesiae Pastores ac Praefides auctores agnoscat: ob in aeternae latitudinem, quae utroque proponitur, in plures libros partium utriusque reperitur. Et quidem Justinianus Imperator Jus civile Romanorum in tres omnino libros digestis, Institutionibus, Pandectas, Codicem: cujus Novellae constitutiones quaedam velut pars sunt & Appendix. De singulis in particulari dicemus.

INSTITUTIONUM JURIS OECONOMIA.

Institutiones, ut nomen ipsam importat, elementa doctrinae Juris exhibent, ac proponunt, unde velut & in reliquis disciplinis primordia eruditionis merito capiuntur. Haec artificialem divisionem in tres partes secundum tria objecta, circa qua jus omne sefert, apte distribuunt: Quarum prima jus personarum, secunda rerum, tertia actionum comprehendit. Sed quia rerum quasi duplex est, altera dominii, altera obligationis, ideo et alia quadam partitione, quam inartificialem nominare possumus, in quatuor libros, velut aequalia totius corporis membra; Institutiones dissectae sunt.

Horum primo secundum Juris principia, quae procerim loco recte praesternunt, de jure personarum, secundo de dominii rerum, tertio de rerum obligationibus, quarto de actionibus

Abi. byzantia tractatur. Auctor operis, Justinianus, in epistola Theophilus, Dorotheus & in primis Tribonianus.

Impulsiva causa, civilis disciplina, juris ac judiciorum perturbatio, & hanc subiecta emendationis necessitas. Materia ex qua, veterum Juris, Institutiones, aliaque, Caji praecipue scripta.

Materia circa quam, principia & objecta Juris, de quibus non omnia, neque obsoleta, & antiqua, sed ut initio cujuscunque artis fieri per est, prima, ac praecipua, maximeque necessaria Jurisprudenciae capita, communemque quaedam theset, regulae, & definitiones universales, hinc in elementis proponuntur.

Forma compositionis operis, ad principem didacticae maxime accommodata, quod non de exquisita methodo, sed populari quadam tractationis ratione, argumento huic forensi apta, candidè acceptum volo.

Finis, ut discrete velenibus re ipsa sint, quod nomine profertur, Institutiones, & summatim quaedam, ac conveniens prima eruditionis haegoe.

Effectus, quod habeant vim legum, tam in foro quam schola. B Adjacenta, ordo & brevitatis, item in dicentibus ingeniunt, ad huc & studia affectus, eidemque respondens assiduitas, & exercitatio.

Affinitas, praeter reliqua utriusque juris volumina, jus divinum & cum liberales caeterae disciplinae, tum in primis Ethica, ac Dialectica, quarum illa Jurisprudenciae parens est, ubi enim desunt Ethica, ibi incipit Consultus, haec cum hujus, tum omnium scientiarum, velut ingeniosa dispensatrix, & administratrix habetur. Contraria, verborum alia, τρονολογία, res obsoleta, obfcurae, imituae, & id genus alia, verum capri minus obvia, nec satis accommodata: quibus a viciis utinam compositorum nostri tam accurate libellum hunc sejungere puramque praestare studio habuisset, quam id praclare & voluit Justinianus, & in proemio hujus Epitomes praecipit.

PANDECTARUM SIVE DIGESTORUM OECONOMIA. Pandectarum nomen Graecum, Digestorum latinum est. Illud e materia, quod disputationes veterum J. C. quae quidem usum in praesentiarum habeant, hic liber contineat omnes; hoc a forma, & digestionis lumpum. Est enim praecipuum Jurisprudenciae opus, quinquaginta omnino libris contextum, in quod Justinianus perpetuum edictum, ejusque interpretationem, ac caeteras veterum consularum juris commentationes, quatenus usum habere possent, secundum ordinem ipsius edicti perpetui, ad naturalem Jurisdictionum serie acceptum, digestit, ut sublatis aliquando tandem antiquae Jurisprudenciae disputationibus, & dispensatis obsoletis, contrariis, non necessariis, certum inde jus Imperatoris auctoritate deinceps redderetur.

Divisio duplex, ut Institutionum, inartificialis in quinquaginta libros & qualiter facta, artificialis in partes septem, quarum prima Juris, & judiciorum (secundum quorum progressionem, & ordinem, jus his omne libris concinnatum diximus) principia, seu oporia, altera judicia realia, tertia personalia rerum creditatum, quarta eorum quae illis accedunt, pigorum, dotium, tutelaram; quinta ultimarum voluntatum, sexta possessionum, septima stipulationum, item criminalium & extraordinariorum rerum argumenta, & jurisdictiones comprehendit.

Auctor Justinianus auctoritate, opere & studio Tribonianus, atque de hujus arbitrio ad id adhibiti. Impulsiva, veteris Jurisprudenciae confusio, dissonantia, & copia, ac multitudine nimia.

Materia ex qua, commentarii veterum J. C. non omnium, sed maxime probatorum; circumscripta tamen singulorum omnio cauta, & auctoritate; neque omnes, sed praecipue quibus edictum perpetuum fuit explanatum.

Materia circa quam, res utiles, receptae, rationi consentaneae, simplices, congruentes, non obsoletae, non dissonae, neque repetitae, aut inutiles, &c.

Forma pro materia subiecta, ad Jurisdictionum, quibus omne jus redditur, filium, initia, progreffus & finem composita, ex edicto perpetuo, quod omnia fere Judicia, cum suis causis & materiis, hunc ad modum complectebatur.

Finis, ut omnis Romana Jurisprudencia in unam consonantiam redigi, & ad usum fore perennem accommodari possit.

Effectus, quod habeant Pandectae vim legum, & ex his jurisdictio ac recitari debeat, petinde ac ex reliquis Justiniani libris.

Adjacenta, interpretatio ex moribus, & ulu popularium, Jurisdictione magistratum, prudentia J. C. totum, auctoritate principis facta. A finia, statuta, privilegia civitatum, aliarumque

universitatum, & consuetudines regionum, quae nunc pro jure E. usurpantur.

Sed Codex maxime Pandectis vicinus. Nam ad eandem perpetui edicti seriem uterque liber est informatus. Et primo quidem Codex, sed hic mox est abolitus novo Codice, post editas jam Pandectas, reconcinnao, quo nunc utimur. Itaque, tunc Pandectae anteponuntur, maxime cum haec pra illollegende, & evolvendae sunt, tam de Justiniani praescripto, quam ex recto studiorum instituto. Haec enim ad deopar, Codex ad praxim magis facit quod genus ultimo loco jam adultis, & ex schola ad forum properantibus est proponendum.

Contraria sunt, ταραχία, multiloqua interpretatio, & ex edicto Justiniani glossemata, ac commentationes, praeter ταραχία, his adjectae, ut haec omnia ex longis Justiniani constitutionibus, quas vice procerim Pandectis, & codici praemisit, & aliunde intelligi etiam possunt.

OECONOMIA CODIGIS.

Ut a nomine ipso ordiamur, Codex idem quod Caudex, ex quo cortex extrahitur, stirps a botris, seu crassior arboris pars quae extra terram affurgit, unde pluvium tabularum contextus in navibus, & libris conficitur, atque a sua materia Codex seu Caudex appellatur. Nam quia veteres, non dum invento papiri usu; tabulas hinc compingebant, scriptioni aptas (quale etiam nunc hodie visum novum Testamentum Caroli Magni, inter ejus monumenta Aquilgrani assertatum) eo factum est, ut Codices crederentur plures ejusmodi tabulae, ad instar voluminis colligatae. Hoc itaque nomine insignitus est liber Constitutionum Imperatoriarum, qui obtinuit, ut scripta librique principallium rerum, Codices, seu diminutivo nomine, codicilli dicerentur, scilicet, ut sicuti rebus ipsis, atque rerum ordine, sic applicationis quoque discrimine, ac notatione, haec juris pars a restipontis J. C. diceretur. Neque tamen id ei nominis dedit Justinianus, sed ut res, ita & appellationem aliunde mutatus est. Nam ex tribus prioribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, (qui a suis auctoribus, quorum industria in conscribendis colligendisque Imperatorum constitutionibus ante ea tempora enituerat, ita appellati sunt) Justinianus suum Codicem, multis tamen novis constitutionibus, quae post illos factae erant, additis, confecit, illicque nomen pristinum, quo antea libri Constitutionum designabantur, reliquit.

OECONOMIA NOVELLARUM.

TAENEATAE seu novae, respectu scilicet Codicis, Constitutiones has, quae post Codicem repetite praefactiones sunt editae, Justinianus maluit in aliud separatè volumine transferre, quibus toties faciem Codicis, aliis atque aliis quotidie adjectis, infunderetur; sicut ipse indicat his verbis: Nulla alia extra corpus epistodem constitutione legenda, nisi postea varia rerum natura aliud quid novum creaverit, quod nostra sanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium est, quin si in posterum melius inventiatur, & ad constitutionem necessario sit redigendum, hoc a nobis & constitutum, & in aliam congregationem referatur, quae Novellarum nomine constitutionum significatur.

Id nominis servavit Julianus in Epitome, qua illas contraxit, ad ejus differentiam nostris integras constitutiones Authentici nomine appellare maluerunt; αὐθεντικὸν enim αὐτὸ αὐθεντικόν, est id; unde alia exempla transfumuntur: hodie originale vocant, cujusmodi certe respectu operis illius hinc liber jure putatur, quippe ex quo exemplar illud Julianus transcripsit, & quodam modo brevavit, ac detrivavit suum.

Est igitur Authenticum, volumen novarum constitutionum, quae post Codicem Justiniani secundae editionis; sunt ab eodem promulgatae, & in corpus juris uno hoc libro redactae, in quibus sane dirigendis, nulla alia quam qualis in Codice, nempe temporis ratio, neque tamen haec quoque perpetuo deprehenditur observata; nam & ipsam infecutus subinde saeculis posteri immutarunt, dispunctaque tanquam inutili turba localibus quibusdam, & personalibus constitutionibus, quae usum amplius habere nullum videbantur, in certas collationes eas duntaxat redegerunt, & in scholis deinceps interpretati sunt Novellas, quae generatim abque complexu circumstantiarum late, omnibus aetatis valere ad causarum decisiones posse judicantur.

Sed rectius est tam temporium, quam constitutionum ordinem, velut in Codice, ob multas causas factum est, sic & hic retineri, & quas nostris consilio magis auctae, quam felici extermiantur in pristinum eas locum, una cum edictis Justinianis quae a Novell. non esse separanda rectè Cujac. admonet, velat postliminio reducere, quoad sane ejus fieri potest quantumque earum superet atque existat.